PHI. A dictatore Sylla.mox ſuo loco dicemus de dictatoris origine:& nomine:& de Sylla dictatore: ne ĩdigeſta fiat & uelutí cõfuſanea interpretatio. Sacerdotio.i.fláinio illo diali de quo iá dictũ. Gentiliciis hæreditatibus.gentilicia nomina dicũtur: quæ originem gétis uel familiæ declarát:ut ſcribit Diomedes.gétiles ſunt: qui eodé noíe inter ſe ſunt ſcipiones & bruti: ab ingenuis oriúdi:quoꝶ maioꝶ nemo ſeruituté ſeruiuit.in quibus gétilitas peculiariter eſſe diciꝛ:cũ neq; ſeruoꝶ neq; libertinorũ gétilitas ulla:ſit ſicuti docet Boetius in cõmétariis topicoꝶ.gétilicia nota a Liuio:gétilicia funera a Plinio ɲúcupáꝛ.gétiliciũ uocabulũ a géte.i.a natione nõ a familia uſurpauit Gellius.inde gétilicia ſacra dicunꝛ a Liuio:quæ ſtatuta ſunt eidé géti.Senſus é Trāqlli Iuliũ Cæſaré a ſylla mulctatũ fuiſſe hæreditatibus gétiliciis a géte uxoris corneliæ ꝑueniétibus: uel gétiliciis hoc eſt familiæ ſuæ & gétis Iuliæ:quæ Iuliũ aſcaniũ autoré ſui nominis núcupat.ut inq̃t Plutarchus Sylla doté Corneliæ publicauit.Diuerſaꝶ partiũ.i.marianaꝶ:marianus fuit Cæſar.ſyllanus uero Põpeius. Mulctatus: ꝑ pũitioné multæ exutus ſpoliatuſq;.Mulctã eé dici putát pœnã.M.Varro ait pœnã eé:ſed pecuniariã.Idé multæ uocabulũ nõ latinũ ſed ſabinũ eé dicit:ſuprema mulcta apđ priſcos erat in ſingulos dies.xxx.bouũ & duaꝶ ouiũ.Minima auté ouis unius. De differétia mulctæ & pœnæ ſubtiliter ſcribũt iuriſcõſulti titulo de uerboꝶ ſignificatione olim lex de mulctaꝶ eſtimatione Romæ lata eſt: quæ fuit ꝑgrata:ut docet Liuius in q̃rto.a mulcta mulctatiũ æs diciꝛ:quod noíe mulctæ exigiꝛ. Morbo quartáæ.ſcribit Plato in timeo corpora mortaliũ laborare quartana febre:q̃do exceſſus fit eleméti in homine terreni.cũ.n.terra quarto eleméroꝶ gradu ſit:téporis circuito quarto feruet: hinc q̃rtanas inuehit febres:quæ quidé lõge ſunt:ſed ut ait celſus quartana neminé iugulat. Ab inq̃ſitoribus.Corneliũ ſignificat ducé militũ ſyllanoꝶ:a quo depréſus duobus ſe talétis redemit. Donec ꝑ uirgines ueſtales ſolebát romani in ꝑiculis delictiſq; adhibere ueſtales deꝑcatrices:ut ita uenia fieret impetrabilior.hinc ait Cicero in diſſuaſiõe legis agrariæ.ſiquid deliquero nullæ ſunt uirgines.quæ me a uobis deprecenꝛ.hinc meſſalina cũ audiſſet Claudiũ maritũ ab hoſtia redire feſtinátẽ ad ipius ultioné:orauit uibidiá uirginũ ueſtaliũ uetuſtiſſimá:ut cladii aures adiret & cleméтiá expeteret.De dignitate ſacerdotioq; ueſtaliũ infra ſuo loco affatim diceꝛ. Mamercũ:mamercus ꝑnomé oſcũ é ab eo:ꝙ hii marté mamerté appellát. apud Liuium in quarto celebraꝛ:Mamercus emylius dictator ex géte mamerca:qui bello clarus pace quoq; nõ ſpernédus legé tulit:ut céſura:quæ prius erat quinquénalis:ne plus q̃ annua ac ſemeſtris foret. Quidá dicũt emyliá genté a mamerco appellatá:cui ꝓpter humanitaté ciuicá cognomé fuerit emylio:græci enim emyliá uocát ſermonis lepiditaté atq; facũdiá. Aureliũ cottá:aurelia familia ex oriũda a ſole dici crediꝛ:cui peculiariter romæ ſacra faciebat.Antiq̃tus dicti auſelii ut ualeſii papiſi.pro Aurelii Valerii.papirii.Cotta auté dici uideꝛ ab ira quæ græce coton uocaꝛ.Et hoc eſt ꝙ ait Quintilianus grámaticũ ſcrutatuꝶ origines nominũ:unde Scipiones & cotte & ſerrani dicantur.Aurelius cotta affinis erat Cæſaris utpote cuius mater dicta ſit aurelia ex aurelioꝶ familia. Ornatiſſimis uiris: q̃lis erat Mamercus emylius & Aurelius cotta. Pertinaciter cõtéderét:ꝑſeueráter ĩſtarét:ꝑtinacia a ꝑtédédo diciꝛ:ná ĩ quo nõ debet ꝑtédi & ꝑtédit pertinatia eſt.in quo uero oporteat manere ſi in eo perſtet perſeuerantia nuncupatur.auctor Varro.

M.AN. A dictatore Sylla:primus Ro.Sylla perpetuá induit dictaturá:quũ ea alioquin dignitas ſemeſtris eſſet:uerũ ultro tandé ſe poteſtate abdicauit:cui in ordiné redacto:cũ cõuitiũ fieret ab ignobili adoleſcéte:quaſi diuinitus dixiſſe fertur fore:ut quicũq; poſt ſe eá dignitaté inuaſiſſet:nõ niſi cũ morte deponeret:quod nõ multo poſt in.C.Cæſare euenit. Sacerdotio:flaminio. Vxoris:Corneliæ: ad illud puto referendũ:quod Sylla omnia Cinnæ bona publicauit. Gentilitiis hæreditatibus:quæ lege agnatiõis ad eũ peruenire potuiſſent:unde illud.Si paterfamilias inteſtatus moritur: familia pecuniaq; eius agnatorũ gentiliũq; eſto. Multatus:multæ nomine priuatus. Multam oſci pœná dixere:quia nõ ſingula:ut olim ſed multa ſimul eo nomíe:ut Varro exiſtimat:a reo exigi occœperint:eſtq; delicti pecuniaria animaduer

Mulcta quid suprema minima

Veſtales deprecatrices

Mamercus

Eminia lepiditas

Aurelia familia

Cotta unde

Pertinatia unde

sio:cũ pœna sit & capitis. Diuersaꝝ partiũ:marianaꝝ:& ob id Syllæ inimicus. E medio:ex publico cõgressu. Quartanæ:febris.s.Plin.& Celsus Cornelius quartanas & tertianas numero multitudinis frequẽtius usurpãt.Quartanæ inquit Celsus:sunt simpliciores:incipiũt fere ab horrore:deinde calor erũpit:finitaq; febre biduũ integrũ est:ita quarto die reuertit᷑. Aggrauãte:affligẽte. Latebras:loca q̃bus latere posset. Inquisitoribus:ad eũ & cæteros marianos inquirẽdos missis. Redimeret:duobus talẽtis redemisse se Cæsarẽ a Cornelio Phagita inquisitoꝝ duce Plutarchus ait. Per uirgines uestales:Cice. Nullæ sunt inquit uirgines:quæ me a uobis deprecent᷑:quasi per uestales de recõciliatione ageret᷑. Cornelius ad hæc & Tranquillus in Vitelio auctores sunt:hoc nomine eras cũ legatis in Flauiana castra publice missas:de uestaliũ numero & ministerio eoꝝ:plura suo loco dicent᷑. Aureliũ Cottam:hoc est quod p ꝓpinquos & affines dixit:nã & mater Cæsaris Aurelia dicta est. Deprecantibus:uel præce supplicium amolientibus:ut Ennius:Lætũ & inimicũ deprecor:& Catullus. Totidẽ mox deprecor illi: uel ualde deprecãtibus.Cice.q̃ multoꝝ hic uitã a Sylla deprecatus est. Viris ornatissimis:si quidẽ Cotta p̃tor:& consul fuerat:Mamercus & ipse bello marsico legatus:Liuius & Asconius sunt auctores. Contenderent:obnixe peterent.

expugnatum tandem ꝓclamasse:siue diuinitus:siue aliqua cõiectura uinceret:ac sibi haberet:dũmõ scirent eũ quẽ incolumen tantopere cuperent: quandoq; optimatium partibus:quas secum simul defendissent: exitio futurum. Nã Cæsari multos Marios inesse.

De prima Cæsaris militia.



Tipẽdia pria in Asia fecit.M.Thermi p̃toris cõtubernio:a quo ad accersẽdã classẽ in Bithyniã missus desedit apud Nicomedem nõ sine rumore ꝓstratæ regi pudicitiæ quẽ rumorẽ auxit ĩtra paucos rursus dies repetita Bithynia p cãm exdigẽæ pecuniæ:quæ deberet᷑ cuidam

PHI. Expugnatum:uictũ syllam præcibus dep̃catoꝝ. Vincerẽt ac sibi haberẽt: uerba sunt syllæ ad eos qui pro Cæsare deprecabantur. Optimatium partibus:optimates sunt qui ĩ republica uersantes ita segerũt ut sua consilia optimo cuiq; probẽtur: de q̃bus ita scribit Cicero in oratione pro sextio:omnes optimates sunt:qui neq; nocentes sunt: nec natura improbi nec furiosi: nec malis domesticis impediti: populares uero habebantur illi: qui ea quæ faciebant: quæq; dicebant multitudini iucũda esse uolebãt.De his Priscianus in.V. hæc optimates sunt:qui defendunt senatores:populares qui defendunt populũ.Dicebat igitur sylla Cæsarẽ utpote popularem & marianũ futurũ exitio optimatibus: qui ferme syllani habebãtur. Multos marios:scribit Plutarchus syllam eos amentes esse dixisse qui Cæsarẽ seruãdũ asserebãt:nisi in eo puero multos marios inesse conspicarent᷑:inimicitiarũ autẽ Cæsaris & syllæ causa erat affinitas marii:qui Iuliã Cæsaris amitã habuit uxorẽ. Stipẽdia prima fecit:primũ militauit:est enim stipẽdiũ a stipe appellatũ quod p stipes.i.modica æra colligat᷑:ut scribit iuriscõsultus.ff.de uerboꝝ significatione.De stipendio militari ita scribit Varro libro primo liguæ latinæ:milites ærrarii dicunt᷑ ab ære quod stipẽdia facerẽt:hoc ipsum stipendiũ a stipe dictũ:quod æs quoq; stipem dicebãt:stipẽ ipsam a stipãdo dicere cœperunt:ꝓpterea q̃d in cella stipabant idest cõponebãt.Inde stipendiarii nuncupati: qui stipendiũ hoc est tributũ pendebãt:qui alio nomine uectigales appellant᷑:in qua re uulgus semidoctũ allucinat᷑ existimans stipendiarios dici milites qui stipẽdiũ accipiunt: cũ tales ꝓprio uocabulo mercenarii sint uocitãdi. Cõturbinio: castrẽsi uerbo usus est.Cõtuberniũ enim ut docet Vegetius in secũdo de re militari:uocabatur manipulus ab eo q̃d cõiunctis manibus pariter dimicabãt:& ꝓprie decẽ milites sub uno papilione degẽtes nominabant᷑ cõtuberniũ:quibus præerat decanus:qui caput erat cõtubernii. Vnde accipit᷑ p cõuictu & sodalitate.Inde cõtubernales uulgo sodales dicunt᷑:& cõtubernalitatẽ eleganter cyprianus appellat ipsam sodalitatẽ. M. thermi:nescio an hic sit.M.ille thermus: ad quẽ asiæ ꝓpretorẽ extant.M.Tullii epistolæ cõmendaticiæ: quibus eũ laudat ab integritate:grauitate atq; clemẽtia: sed erat illi nõ marci p̃nomẽ sed quinti. cæsar in primo cõmẽtario belli ciuilis meminit alterius thermi prætoris:q cũ eẽt Põpeiãus ex oppido tignio ꝓfugit cognito ciceronis aduentu: quẽ cæsar miserat cũ quinq; cohortibus: milites in itinere a thermo discesserũt:de quo Lucanus in secũdo:iusq; sui pulso iã ꝑdidit umbria thermo. Ad accersendã:hoc ẽ euocãdas naues accersere enim euocare ẽ:arcessere uero aliquẽ accusare significat:& ab arceo nascit᷑: nãq; aliũ accusare a maleficiis arcere est: ĩde a cicerõe dictũ est arcessitur maiestatis:idest accusat᷑ crimine lesæ maiestatis:existimat Priscianus arcesso idẽ significare quod accerso:diciq; ab arcio uerbo quod nũc accio dicimus. Apud Nicomedẽ:qui erat bithyniæ rex amicus romãoꝝ:qui olim raso capite sumpsit pileũ & se romanoꝝ libertũ uocauit: sicuti meminit Plutarchus in libro de fortuna alexãdri. Desedit:mãsit cõmoratus est. Prostratæ:ꝓstitutæ ad stuprũ. Bithynia repetita:sunt autores trãsisse ex europa populos noĩe thynos:a quibus appellantur Bithyni & Bithynia quæ regio est asiatica claudianus: thynitraces arãt quæ nunc Bithynia fertur. Exigendæ repetẽdæ:exigere enim est debitum repetere:alias excludere.

M.AN. Expugnatũ:præcibus uictũ. Eũ:cæsarẽ. Optimatiũ partibus:nobiliũ studiis: potentiæ:fa

Optimates qui

Populares

Stipẽdium unde

milites ærrarii

Stipẽdium unde

Contuberniũ q̃d

Decanus

Thermus

Accersere

Arcessere

Bithynia unde

Exigere quid

ctioni optimates:qui primũ in ciuitate locũ optinẽt:uel ꝙ opulẽtiores sint:& in maiore cẽsu:uel quod in primis oppressis opitulari possunt. Defendissent:aduersus Marianos tutati eẽnt. Multos marios:multa cõsilia:& studia optimatibus inimica:q̃lia a Mario fuere. Lucanus. Multosq̧ ĩpectore uano ẽ Hãnibal. Marci Thermi:nõ therini:ut quidã habẽt. Lucanus. Iuliusq̧ sui pulso iã ꝑdidit umbria thermo. Extãt & Cicerõis epistolæ pleræq̧ ad Thermũ Asiæ ꝓpretorẽ ad eũ credo sub quo Cæsar pria fecit stipẽdia. Nec me fugit apud Tacitũ therinũ sæpius legi:sed aut mẽdose:aut certe alterius familiæ id nomẽ fuit. Contubernio:domestico uictu:cõmuniq̧ habitatiõe:quasi cõtabernio:unde cõtubernales dicti. Modestus Cẽturias in cõtubernia diuidit:quoꝝ singula denos haberent milites. Bithyniã:ad Nicomedẽ. Bithyniæ Regem. Est Bithynia Asiæ regio thracio Bosphoro:& ponti ostio ad occasum obuersa. Prostratæ ad stuprum subiectæ. Rumorem:phamam. Exigendæ pecuniæ:ab iis qui eam deberent repetendæ.

libertino clienti suo. Reliqua militia secundiore fama fuit: & a Thermo in expugnatione mitylenarum corona ciuica donatus est.

De secunda eius militia & reditu ipsius ad urbem.



Eruit & sub seruilio Isaurico ĩ Cicilia: sed breui tẽpore. Nã syllæ morte ꝯperta simul spe nouę dissẽsionis: quæ per Marcum Lepidum mouebaẽ Romam propere rediit: & Lepidi quidem societate: quanq̃ magnis cõditionibus inuitaretur: abstinuit: cũ ingenio eius diffisus: tum occasione: quam minorem opinione offenderat.

PHI. Libertino clienti:nõ est mirandũ si Cæsar repetiit bithyniam cliẽtis libertini causa: cum cõstat ex moribus populi romani secũdũ pupillos ꝓximũ locũ clientes habere:q se se in fidẽ patriciniũq̧ nostrum dediderunt. Vnde. M. Cato ita scripsit:aduersus cognatos pro cliẽte testatur: testimoniũ aduersus cliẽtem nemo dicit:& Cæsar dictator ĩ oratione ꝓ bithynis adscripsit: hãc clausulã:cliẽtes sine summa infamia deseri nõ possunt:qbus etiã a ꝓpinquis nostris auxiliũ ferre cõstituimus. Romulus cõditor urbis instituit patronos oĩa ꝓ cliẽtibus facere debere: qcũq̧ efficiũt ꝓ filijs patres:cliẽtes aũt e cõuerso patronis suis ad filiaꝝ dotẽ pecuniã cõtribuere. Nihilq̧ differebãt cliẽtiũ patronorũq̧ cõiunctiões a ꝓpinquoꝝ necessitudinibus. magna laus erat nobiliũ cliẽtes hr̃e quãplurimos Inde exiit illud plautinũ in menechmis. cliẽtes sibi uolũt eẽ multos:ab eodẽ clienta mulier elegãti uocabulo nũcupaẽ.

De clientibus

In expeditiõe mitylenaꝝ scribit Liuius libro. lxxxviii. mitylenas in asia expugnatas dirutasq̧ fuisse quæ sola urbs post deuictũ mithridatẽ arma retinebat:est aũt in insula lesbo iuxta metynã clara pittaco ex septẽ sapiẽtibus uno:& alceo poeta: Pluraliter mitylenas & singulariter mitylene ꝓnũciãtur scribit Diodorus in sexto mitylenẽ macarii filiã:urbi nomẽ ĩdidisse. Nõ omiserim hoc in loco qđ uictruuius ꝑdidit in primo oppidũ mitylenẽ magnificẽter qdẽ edificatũ fuisse & elegãter: sed positũ nõ prudẽter:ĩ q ciuitate auster cũ flat hoĩes egrotãt cũ corus tussiũt:cũ septẽtrio restituũẽ in salubritatẽ.

Mitylenæ

Cæsar in huius urbis expugnatiõe meruit ciuicã coronã:quã ciuis ciui a quo seruatus est ĩ ꝑlio testẽ uitæ salutisq̧ pceptæ dat:ea fit frõde querna qm̃ uictus cibusq̧ antiqssimus ex quercu capi solitus sit: fit etiã ex ilice:q & ipsa arbor glãdifera ẽ. Vnde Cecilius poeta comicus coronã ciuicã appellauit iligneã:hac corona Lucius gellius cẽsuit donãdũ eẽ Ciceronẽ:qđ eius opa eẽt attrocissima catilinæ cõiuratio detecta uindicataq̧ De hac ita scribit Plin. in. xvi. iligna primo fuit:postea magis placuit ex esculo Ioui sacra: ubiq̧ custodito honore glandis:additæ sunt leges arctæ ut. S. ciuis q seruatus eẽt fateatur:alias testes nihil ꝓsunt:ut ciuis fuerit:auxiliaribus uero externis q̃uis rege seruato decus id nõ dãt:accepta corona ciuica licet uti ꝑpetuo in ludis:induẽti semp assurgi etiã ab senatu in more est sedẽdi ius est in ꝓximo senatui. Vacatio munerũ oĩum ipsi patriq̧ & auo paterno daẽ:Plutarchus in ꝓblematis & in coriolano ideo existimat hãc coronã dono dari ei:qui romanũ ciuẽ seruasset in ꝑlio:qm̃ Ioui sacra quercus sit in cuius tutela sunt ciuitates:& qa ex quercu antiqtus cibaria erãt glãdes:& facilẽ militi fructũ quercus exhibebat.

ciuica corona

Meruit:militauit merere enim dicimus stipẽdii gratia militare. Lucanus ære merẽt paruo. M. Varro equo publico merẽt:merere etiã significat sordidissimũ quæstũ capere. Vnde meretrices & meritorii pueri dicti:interdũ merere dicimus ꝓ mereri:Plautus in captiuis:uale atq̧ salue & si aliter ut dicã meres ꝓ mereris.

Merere qđ

Sub seruilio isaurico. Seruiliũ illũ signat qui piratas deleuit:quo tẽpore cœpit isaura pãphiliæ ciuitatẽ:de hoc ĩtellexit Ouidius illo uersu:africa uictorẽ de se uocat:alter isaurũ:aut cretũ domitas testificaẽ opes:hic ut testis est Eusebius chronographus:publico funere romæ elatus fuit.

Seruilius isauricus

Quæ per Marcũ lepidũ. M. lepidus signaẽ:qui inuito sylla suffragrãte Põpeio consulatũ adeptus est:qui cũ acta syllæ iam defuncti rescidere tẽtaret bellũ excitauit:& a Quinto catulo collega ex Italia pulsus ẽ. De hoc Lucanus:sternere ꝓfecto:ut catulo iacuit lepidus:periit autẽ in sardinia in quã fugerat nõ tã morbo q̃ merore:qđ in litteras quasdã inciderat:ex quibus ut inquit Plutarchus uxorẽ cognouit adulterã. Mirũ ẽ pariterq̧ scitu dignũ:quod tradit Plinius in. xxxvi. ꝙ nõ fuit Romæ pulchrior domus q̃ ipsius lepidi:at eadẽ intra annos. xxxv. centesimum locum nõ obtinuit:adeo luxus cœpit inualescere.

M.lepidus

Societate abstinuit:noluit Cæsar lepido se cõiungere offerẽti Maria & mõtes:& pollicitatiõibus amplissimis inuitanti:cũ uideret eius ingeniũ socors & minime circũ-

ſpectum:& quia occaſionem:ex cuius momentis magnæ:plerunque res agitantur: inuenerat minorem foret opinatus Cum ideſt partim.

M.AN. Libertino:ad ingenui differẽtiã dixit. Secũdiore:ꝓſperiore. A thermo: cuius ductu militabat. Mitylenaꝝ:urbs in leſbo libera Mitylenæ ut Plinius ait. Ciuica corona:querna:& qua qui ciuem ſeruaſſet donari conſueuit:ſed alia de cauſa imperatoribus data:ut poſtea dicetur. Meruit: ſtipendia fecit:militauit:unde emeriti:qui iam militia ſoluti ſunt: quidam emereor & emeritum: a mereor libentius ducunt. Seruilio Iſaurico:is ab iſauris in cilicia uictis Iſaurici cognomen Romam reportauit. Ouidius. Alter iſauras aut cretum domitas teſtificatum opes. Marcum Lepidum : conſul poſt Syllæ mortem in eius acta & uniuerſæ factionis opes temere inuectus armis a Luctatio collega uictus in Sardiniam aufugit:ubi diſtillationis morbo nõ multo poſt periit:ſunt qui dolore nimio affectum:quũ de adulterio cõiugis reſciuiſſet conſumptũ dicãt. Magnis cõditionibus:magnis uictoriæ ꝑmiis. Ingenio eius uão & incõſtãti. Minorẽ opiniõe:oĩa minus q̃ opiatus eẽt ad diſcordiã & ſeditionẽ paratã. Offenderat:inuenerat.

De accuſatione Dolobellæ.


Aeterum compoſita ſeditiõe ciuili Corneliũ Dolobellam cõſularem & triumphalem uirum repetundarum poſtulauit: abſolutoq; Rhodũ ſecedere ſtatuit:& ad declinandam inuidiam:& ut per ociũ ac requiem Apollonio Moloni clariſſimo tunc dicẽdi magiſtro operam daret. Huc dum hybernis iam mẽſibus traiicit circa pharmacuſam inſulam a prædonibus captus eſt:manſitq; apud eos non ſine ſumma indignatiõe prope quadraginta dies cũ uno medico: & cubiculariis duobus. Nam comites ſeruoſq; cæteros ĩ initio ſtatim ad expediẽdas pecunias qbus redimeretur dimiſit. Numeratis deinde quĩquaginta talẽtis expoſitis in littore nõ diſtulit: quin e ueſtigio claſſe deducta perſequeretur abeuntes: ac redactos in poteſtatẽ

PHI. Cõpoſita ſeditiõe ciuili: ſeditiõem ſignificat: quã Romæ excitauerat lepidus aduerſus collegã Catulũ. Cor dolobellã poſtulauit. Duos eodẽ tẽpore fuiſſe & prænomie & noie & cognomine dolobellas tradit Aſcõius pediãus quoq; alterum Marcus ſcaurus & accuſauit & dãnauit: alteꝝ Cæſar accuſauit nec dãnauit. De quo nunc loquit̃ trãquillus hoc ſcitu dignũ ẽ:quod uno &.xx. ætatis ãno Cæſar dolobellam hunc accuſauit oratione luculenta:quã cum admiratiõe poſteri legebant : auctor tacitus in dialogo de oratoribus: poſtulare uero ſignificat accuſare:ĩ quo ſignificatu crebriter accipit̃ apd oratores:& ut ſcribit Vulpianus iuriſcõſultus poſtulare ẽ deſideriũ ſuũ uel amici ſui in iure apud eũ:qui iuriſdictioni præeſt exponere:uel alterius deſyderio cõtradicere:qui aũt poſtulare ꝓhibeant̃ libro tertio digeſtoꝝ copioſe traditũ eſt. Repetũdaꝝ:præſides ꝓuĩciaꝝ accuſari ſolẽt repetũdaꝝ:a ꝓuincialibus: qbus eripuerũt pecunias: aut uaſa: aut ueſtẽ:aut frumẽta:aut id genus alia:de qua re ita ſcribit iuriſcõſultus libro.xlviii. digeſtoꝝ:lex Iulia repetũdaꝝ ptinet ad eas pecunias:quas qs in magiſtratu legatiõe uel alio officio miniſterio ue acceperit:& Paulo ĩfra aptius ita ſcriptũ ẽ:lege Iulia repetũdaꝝ tenet̃:q cũ aliq̃ poteſtatẽ haberẽt pecuniã ob iudicandũ uel nõ iudicãdũ decernẽdũ ue acceperit:dicimus aũt repetũdaꝝ & de repetũdis p duos tãtũmõ caſus Acilius glabrio legẽ primus tulit de pecuniis repetũdis:q̃ Acilia dicta ẽ:quæ ut inqt Cicero lex ſocialis ẽ & tota ſocioꝝ cã cõſtituta. Abſoluto.S.dolobella:fuit enim abſolutus: q̃uis ad dãnationẽ peragẽdã cõplures græciæ ciuitates teſtimonia Cæſari detulerint. Apollonio moloni:ſcribit Plutarchus Cæſarẽ cõdiſcipulũ fuiſſe Cicerõis ſub apollonio molõe:q ut auctor ẽ Strabo alabãdẽſis quidẽ fuit ſed rhodi uixit: & ideo rhodius nũcupatus. Cicero in bruto teſtat̃ Apollonio molõi utpote optimo dicẽdi magiſtro recoquẽdũ ſe dediſſe:ſub quo cũ Fauonius parũ ꝓfeciſſet facetoſa q̃dã annominatiõe dixit idẽ Cicero eũ rhodi molis potius q̃ molõi opam dediſſe. Circa pharmacuſam ĩſulã:iuxta atthicã regiõem ĩ ſalãiniaco mari duæ ſunt exiles ĩſulæ noĩe pharmacuſæ:in quaꝝ altera ſepulchrũ circes uiſit̃:auctor Strabo in.ix. pharmacuſæ ĩſulæ meminit nudo tm̃ noĩe Pli.in.iiii.natu.hiſto. Rhodũ ſecedere: rhodos ĩſula ẽ in mari carpathio ut ĩdicat Lucinianus uerſus:Rhodos carpathiũ ĩ pelagus ſe ĩclinat aptũ:ſoli ſacra eſt:q puellæ noĩe rhodiæ amore captus rhodũ ab ea noĩauit:ut refert Diodorus in.vi. Auꝝ rhodi pluiſſe ob feliciſſitatẽ inſulæ cecinit pĩdarus:ubi ſtudia liberaliũ artiũ & ĩ primis oratoriæ facultatis efflorũerũt. Vnde Cicero & Quĩtiliãus tria oratoꝝ genera fuiſſe ꝓdiderũt:atticũ aſianũ & rhodiũ: qđ uelut mediũ erat & ex attico aſianoq; cõmixtũ:merito itaq; Cæſar ſeceſſum elegit rhodiẽſem utpote locũ diſciplinis ĩgenuis faciẽdoq; oratori accõmodatũ:illic.n.multi memoratu digni extiterũt:circa philoſophiã & oratoriã:pãetius & ſtratocles:& Andronicus. Rhodi qdẽ uixit Poſſidõius & ſophiſticã rhodi exercuit:fuit tamẽ Apamiẽſis ex ſyria:quẽadmodũ Apollonius molacus & molonã hi alabãdẽſes fuere:ꝑterea ſimias grãmaticus & Apollõius q argonautica cõpoſuit alexãdrini qdẽ fuere:rhodũ tamẽ uocati ſunt. A ꝑdõibus captus:ſcribit Plutarchus Cæſarẽ captũ fuiſſe a cilicibis piratis cũ diſcederet a Nicomede bithyniæ rege. Cato ꝑdõulos dixit υαροκοριυ .i.diminutiue q̃ſi puſillo ꝑdões. Comites:appellatiõe cõitis eũ accipe debẽus q ſeq̃t̃:ſi

De duobus dolobellis

Poſtulare

Accuſatio repetundarum

locus de molone

Pharmacuſæ inſulæ

Rhodos

Comes q

ue liber:siue seruus:siue masculus:siue fœmia sit:& ita cōitē labeo iuriscōsultus deffinit:q frequētādi cuiusq; cā ut sequeref destiatus fuerit. Inter comites utiq; & pedagogi erūt: hoc tpe comes nomē ē dignitatis:qd & usurpat amiāus marcellinus a quo largitionū comes dictus:q ꝑerat largitiōibus impatoriis. Ad expediēdas pecunias:quas.S.milesii ei supeditauerūt ut redimeref. Talētis:talētū multiplex est nāq; talētū atticū magnū octoginta tres habet libras paruū uero sexagita:auctor Prisciāus:scribit seruius talētum apd romanos eē.lxx.libraꝝ. Varro aūt talētū atticū ait taxari sexdecī sextercus: Plin.in.xxxiii. Ex auctoritate Varrōis tradit talētū ægyptiū pōdo.lxxx.patere. De talēto attico Liuius describēs fœdus qd cū antiocho & romāis ictū ē ita ꝓdidit:talētū ne minus pōdo.lxxx.romāis pōderibus pēdat:erat aūt talētū euboicū:qd q̄ttuor milia ualebat denarioꝝ romanoꝝ:erat ꝑterea talētū rhodiū quigētoꝝ denariū. Neapolitanū sex denariū:syracusanū triū denariū:rheginū uictoriati:ē aūt uictoriatus nūmus argēteus uictoriæ nota signatus:& ide nomē:hic itelligimus attica talēta numero.l.fuisse: numerata:q singula romāis pōderibus pendant.lxxx.pondo hoc est libras. Euestigio:statim.

De talento

Victoriatus nūmus qui

M.AN. Corneliū Dolobellā:duo eodē tpe:ut Pediāus ait fuerūt Dolobellæ:atq; ambo postulati: sed hūc Cæsar accusauit:quē dānare nō potuit:quanq̄ multi græciæ populi:& testimōia ut Plutarchus scribit ei detulissent:alteꝝ.M.Scaurus:q ut dānaref effecit. Cōsularē & triūphalē:qui in nō mō cōsul fuerat:sed triūphū etiā egerat. Repetūdaꝝ:pecuniaꝝ intellige quo noie pecuniæ:& alia quibus diuitiæ cōstant:cōtinenf:sed siue nomē sit:siue aliud duobus casibus repetūdaꝝ:& repetundis ueteres plurimum usi sunt.

Apollonio Moloni:cui cicero quoq; ut Plutarchus ait:opam dedit. Pharmacusam insulā:circa carpathū ast ea isula:unde & carpathiū mare. Classe deducta:ex milesio: ut Plutarchus ait:portu i altū ducta.

supplicio:quod illis sæpe minatus iter iocum fuerat efficeret: Vastante regiōes ꝓximas Mithridate:ne desidere in discrimine uideretur sociorum ab Rhodo:quo ptēderat trāsit in Asiam:auxiliisq; cōtractis:& præfecto regis ꝓuincia expulso:nutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.

De tribunatu militū eius:& aliis gestis ipsius.

TRibūatū militū:q prius romā reuerso p suffragia populi honor optigit auctores restituendæ tribūitiæ ptātis:cuius ui sylla diminuerat enixissime iuuit. Lucio Cinæ uxoris fratri:& q cū eo ciuili discordia Lepidū secuti

PHI. Supplicio afficeret: Cæsar piratas a quibus capus fuerat cū i potestatē suā redegisset qm̄ suffixuꝝ se cruci ante iurauerat iugulari prius iussit deide suffigi:fenestella tū in secūdo epitomatū ꝓdidit piratas a Cæsare decollatos fuisse hoc ē securi cæsos nō suffixos patibulo: apd illū.n. ut ait Diōedes iuenif quēadmodū Cæsar a piratis captus sit:utq; eos postea cœperit & decollauerit. Ne desidere:cessare & p ignauiā deses & cessator eē. Auxiliisq; contractis: Auxilia ꝓprie dicunf socioꝝ:cū legiōes ex romāis cōstent:inde scribit Vegecius libro.ii.de re militari: auxiliares ex diuersis locis ueniūt:& legiōibus semp auxilia tanq̄ leuis armatura i legiōe iūgebanf ut in his ꝑliādi magis adminiculū eēt q̄ principale:inde apud historicos legionarii & auxiliarii discretim ꝓdunf. Prouīcia expulso:ꝓuīciā intelligit asiā nō eā quæ tertia orbis pars significaf:sed alterā quā agrippa determinauit ab oriēte armenia minore:ab occidēte phrygia:lycaonia:pāphilia:a septētriōe ꝓuincia pōtica a meridie mari pāphilio. Regiōes āt lōge. Ab italia acq̄sitæ bello ꝓuīciæ dictæ sunt a porro uel ꝓcul uincēdo:ad q̄s ꝑtores qa cū officio mittebanf officia quoq; ꝓuīciæ noianf:auctor donatus in cōmentario phormiōis:ait egesippus romanos cū i ius suū uincēdo redigerēt ꝓcul positas regiōes:appellauisse ꝓuincias:a ꝓuincia ꝓuinciales deriuāf:quo antiq̄tus noie oēs ꝑter italicos appellabanf:qd significare uidef Plin. libro episto laꝝ.viii.sic scribēs:italicus æs an ꝓuincialis:& columella caput facit lib.vi. Agricolatiōis de cultura ꝓuīcialiū uineaꝝ:cū alibi de cultura italicaꝝ scribat. Regis:mithridatis. Tribunatu militū: tribunoꝝ militariū duo sūt gn̄a:alii ruffuli dicūf:q i exercitu creari solēt. Alii sūt cōiciati:q rōæ cōiciis designāf auctor Ascōnius. Tribūi militaris officiū ē ut miles ueste nitidus armis bn̄ munitus:exercitatiōis usu & disciplia eruditus icedat:sicuti docet Vegecius i.ii.de re militari: Vegecio subscribit iuriscōsultus sic scribēs titulo de re militari:officiū tribunoꝝ ē milites i castris cōtinere:& ad exercitationē ꝓducere q̄relas cōmilitonū audire:ualitudinarios ispicere:olī romæ tribūi militū cōsulari ptāte ꝓmiscue ex patribus ac plebe creati sūt:de quoꝝ numero Vario & ptāte nō pauca scribit Liuius lib.q̄rto &.v.ab urbe cōdita:alii fuerūt tribuni plebis alii tri.ærarii dicti ab eo:qd his attributa erat pecunia q̄ militi redderēt. Igif Cæsar creatus tri.miliū q cōiciatus dicif fauore populari iuuit autores restituēdæ tribūitiæ ptātis. Qui at fuerit isti autores ambigif. Ego existimo itelligēdū eē peculiariter Pōpeiū:q ut scribit Plutar.apd plebē erat fauorabilis: ꝓpterea q tribunatū restituerat. Appiāus i.ii.belloꝝ ciuiliū auctor ē Pōpeiū cū a curiōe tribuno senatus fuisset dissolutus uehemēter pœnituisse:q tribūitiā ptātē a sylla iminutā atq; disiectā:denuo ipe i pristinū statū redigisset: Asconius pediāus:ifractā tribunitiā ptātē a sylla restitutā a Cneo Pōpeio apparet lōge tamē differt tribunus plebis a tribūo militari. Qui honos mḡratus. Reuerso. Cæsari. Cuius ui sylla dimiuerat:scribit Cæsari i cōmētariis syllā oībus rebus nudasse tribūitiā ptātē:cui tm̄ itercessionē liberā reliq̄rit. Quin-

Auxilia

Prouinciæ quæ

Prouinciales

Tribūi qui

tus Cicero sic inqt apd.M.Tulliũ fratrẽ lib.iii.de legibus:quãobrẽ ĩ ista qdẽ re uehemẽter syllã ꝓbo:q tribũis plebis sua lege iniuriæ faciẽdæ ptãtẽ ademerit auxiliũ ferẽdi reliqrit. Põpeiũq̃ nĩm cæteris rebus oĩbus sp amplissimis sũmisq̃ effero laudibus:de tribũitia ptãte taceo nec rephẽdere libet:nec laudare possũ uitia tribũatus.De hac eadẽ re ita refert Liu.uolumie.lxxxiiii.sylla tribuoꝝ plebis ptãtẽ miuit & oẽ ius legũ ferẽdaꝝ ademit. Enixissime:maxiope ualidissime. Rogatiõe plotia cõfecit:lex plebisitũ priuilegiũ rogatiõis noĩe cõtinet̃:ẽ.n.rogatio q̃si caput & fons totius iuris popularis.nã rogare populũ ẽ agere cũ populo:ĩ quare hæc erãt uerba solẽnia. Velitis ne iubeatis ne qrites ut hoc uel illud fiat. Vnde rogatio q̃si q dã interrogatio ẽ ĩde trãquillus rogatiõem plotiã appellat legẽ latã a plotio tribũo plebis:p quẽ Cæsar ef fecit ut hii:q cũ Lepido fuerãt ĩ patriã redire inpune possent.Gellius ĩ.xii.noctiũ atticaꝝ:meminit orationis q̃ Cæsar plotiã negarionẽ suasit:q̃uis quodices gelliani ferme oẽs nõ plotiã rogationẽ habeãt sed plautiã ueꝝ cũ plocius dicat̃ & plaucius:plauciã rogationẽ legemus apud gelliũ:& ita cõueniet cũ tranquillo.

Rogatio quid

M.AN. Supplicio qđ fuerat itermiatus Cæsar eos ĩ ptãte redactos prius iugulari iussit:mox pgami:qđ se factuꝝ pmiserat:cruci iugulatos affixit. Nutãtes:istabiles:nec ĩ fide mãsuras. Tribũatũ militũ:Pedianus duo ait tribunoꝝ militũ fuisse gñã:unũ qđ refusti diceret̃:quiq̃ ĩ exercitu creari soliti eẽnt:alteꝝ comitiatoꝝ:q comitiis designaret̃:de quo nũc:sed hi cõsulari ptãte creati sunt circa Veiẽtani Senõiciq̃ belli tpa:iterdũ & pcõsularis:aut nõ mltũ diuersa ptãs data:quo fit ut tribũos fasces ẽt pcul italia habuisse tradiderit:qdã ut Tyberiũ Neronẽ q postea priceps fuit Rhodi:&.M.Antõiũ:q ab Anto.pio ẽ adoptatus tota Italia pcõsulari iperio tribunũ fuisse Capitolinus tradidit. Cuius uim:ptãtem. Sylla diminuerat:tulerat Sylla dictator legẽ ut Appianus scribit:qua cautũ est:ne is qui tribunus plebis fuisset: magistratũ ullũ amplius haberet.Liuius:oẽm ferendarum legum uim tribunis scripsit ademptatam. Pedianus autem iudicandi. Auctores restituendæ tribu.po.ro. Pompeius secundo suo consulatu: quem cum Crasso gessit tribunitiam ptãtem populo restituit:cuius postea rei constat eum sub initium ciuilis belli poenituisse.

post necem consulis ad Sertorium confugerant reditum in ciuitatem rogatione Plocia confecit:habuitq̃ & ipse super ipsa re contionem.

De quæstura eius & aliis gestis per eum.

QVestor Iuliam amitam uxorẽq̃ Corneliam defunctas laudauit e more pro rostris:sed in amitę quidem laudatiõe de eius ac patris sui utraq̃ origine sic refert. Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum paternum cum diis immortalibus coniectum est. Nam ab Anco Martio sunt Martii reges quo nomine fuit mater

PHI. Post necẽ cõsulis.S.lepidi de quo supra dictũ est. Vxoris fratri:erat hic fratet corneliæ uxoris Cæsaris. Vñ merito Cæsar elaborauit ut ĩ urbem redire posset. Ciuili discordia:q̃ inter lepidũ & catulũ exorta est. Ad sertoriũ cõfugerãt. Sertorius id tpis erat in hispania marianæ factiõis ꝑpugnatori aduersus quẽ sylla multos misit impatores cũ exercitibus:historia sertorii notior ẽ q̃ ut pluribus sit explicãda.

Contio qd

Habuit cõtionẽ:Cõtio significat locũ suggestũq̃ ĩ quo uerba fiunt.itẽ cetũ populi assistentis:itẽ orationẽ ipãm q̃ ad populũ dicit̃:auctor uerius flaccus: cuntio græce ϫнuιγορια nuncupat̃.hic cõtionẽ intelligit orationẽ Cæsaris habitã ad populũ.

Quæstores

Quæstor: quæstura primus erat honoris gradus apđ rõanos: & ṕtorẽ quæstori suo parẽtis loco eẽ oportebat: sicuti cicero in oratiõe p Plautio & ĩ uerrinis scriptitauit:quæstores ãt dicti sunt:a quærẽdo:q cõqrerẽt publicas pecũias & maleficia.Dubiũ ẽ Rõulus ne an tullus hostilius quæstores primos romæ creauerũt.Ex quæstoribus q dã puĩcias sorciebãt̃ & tã patricii q̃ plebeii ĩdifferẽter creabãt̃:de qbus mlta iuriscõsulti pdiderũt:auctor est tacitus.xx.q̃stores olim fuisse creatos cũ stipẽdiaria iã eẽt italia:

Patrici

parrici quæstores:antiqtus appellabãt̃: qui solebãt creari cã reꝝ capitoliũ q̃rẽdaꝝ:tales hac tẽpestate sunt iudices maleficioꝝ quos uocãt. Amitã pris sororẽ:marii uxorẽ.un de amitini cõsobrini dicti q ex sorore & fratre ꝓpagant̃. Laudauit e more p rostris:cũ ex uoto camilli cratera aurea ad Apol inẽ delphicũ mittẽda eẽt cunq̃ pua auri copia foret ĩ urbe:tũc matronæ romãæ iter se cõsultãtes oĩa corporis ornamẽta aurea cõtulerunt: qđ auꝝ fuit pondo viii.talẽtoꝝ.Igit̃ senatus referre uolẽs his mulieribus honorẽ decreuit:ut post mortẽ ita p fœminis in funere celebrãdo oro funebris haberet̃:sicuti p uiris habebat̃:auctor Plutar.ĩ camillo:a Plutarcho dissentit Liuius q scribit ĩ.V.ab urbe cõdita:qđ cũ ĩ publico deesset aurũ ex quo sũma pactæ mercedis gallis arcẽ rõanã oppugnãtibus cõficeret:id a matrõis fuisse collatũ:ṕtereaq̃ istitutũ ut eaꝝ sicut uiuoꝝ post mortẽ solẽnis laudatio eẽt.

Rostra qd

Pro rostris:romæ ante curiã hostiliã ĩ foro rõani extructum suggestum adornauere ex rostris nauium antiarium:rostraq̃ id tẽplũ appellauerunt:ex quo loco cõcionari solebãt:auctores Liuius &.M.Varro.p rostris dicit̃ sicuti dixerunt ueteres: p cẽsu: p tribunali: p testimõio. Vbi hæc pticula ponit̃: p ĩ alias sigñat ante ut: p curia: p mẽibus:ante curiã:ante mẽia:auctores festus Diomedes & Prisciãus utraq̃ origie:materna & paterna. Amitæ meæ Iuliæ:uerba sunt Cæsaris:qbus Iuliã amitam mari uxorẽ laudauit oratione funebri. Ab regibus:pp an cum martium. Cum diis:pp Venerem. Ab ancomartio sunt martii reges:romæ familia fuit martioꝝ:q cognominati sunt reges:ꝓpterea qđ ab anco martio q̃rto

romanoꝝ rege erant oriūdi: inde aqua martia a noie qnti martii regis dicta ē: q fuit unus ex hac familia cuius meminit. Pli. in. xxxvi. In hac gente fuit Marcius uates illustris cuius carmina citāt Liuius & Macrobius. Fuit mater: marcia significat: quæ fuit mater Iuliæ cæsaris amitæ.

M. AN. Post necē cōsulis: Lepidi. s. quē in Sardinia defunctū diximus. Rogatōe: lege plebiscito. Plocia: Clodiū & Claudiū ueteres dixere: sic Plociū & Plauciū: duoꝝ Pedianus Plaucioꝝ meminit. M. Plaucii Syllani trib. pleb. &. P. plauci ipsi: q in cōsulatu fuit Milōis cōpetitor: utrius hoꝝ: an alterius Plaucii rogatiōe Cæsar Corneliæ uxoris fratri: & aliis exulibus reditū in urbē fecerit parū cōpertū habeo. Concionē: orationē ad pplm: oratiōis ipsius Gel. meminit: ī oratiōe inqt. C. Cæsaris: q̄ plauciā rogationem suasit: Iuliā amitā patris sui sororē: q̄. C. Mario nupsit. E more: ueteri īstituto: miror Plutarchū existimare nouo exēplo Corneliā a Cæsare laudatā: q̄si is honor grādibus natu matrōis tm̄ redderet: quū ipse in Camillo auctor sit: ob aurū a mulieribus ī publicū collatū: parū decreto oībus datū: ut fato defunctæ publice laudarent. Alicarnasseus Diony. antiqssimam orationē funebrē apud Romanos eā existimat: quā Publicola cōsul in Bruti collegæ funere habuisset. Quo noīe Martia: quia in Martia gente orta.

a Venere Iulii cuius gētis familia ē nostra. Est ergo ī genere & sanctitas regum qui plurimum inter homines pollent & cerimonia deorum quorum ipsi potestate sunt reges. In corneliæ autem locum Pompeiam duxit quinti Pompeii filiam Syllæ neptem: cum qua deide diuortium fecit adulteratam opinatus a Publio Clodio: quem inter publicas cerimonias penetrasse: ad eā muliebri ueste tā cōstās fama erat ut senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit.

De gemitu eius apud statuam magni Alexandri: & de somnio ipsius: de matris concubitu.



q Vaestori ulterior Hispania obuenit: ubi cum mandato reipublicæ iure dicendo

PHI. A uenere Iulii: Venus ex Anchisa gēuit Aeneā patrem Iulii ascanii: a quo gēs Iulia deducitur. In gñe: amitæ iuliæ materno & paterno. Sāctitas regum: hoc refert ad ancū marciū regē romanoꝝ. Et cerimōia deorū hoc ad ueneré referendū ē. Pollent: possunt: unde pollentia dea potētiæ colebat a romāis: cuius signū olī ꝓcidisse testis ē Li. lib. unde q̄dragesimo. In hāc sniam ait Papinius. Sub regibus oīs terra. Quoꝝ ipse ī ptāte: huic sniæ q̄drat illud oratianū. regū timēdoꝝ in ꝓprios greges. reges ī ipsos iperiū est iouis. Quīti pōpeii filiā. meminit Asco. quīti pōpeii: q uidet fuisse frater pōpeiæ uxoris cæsa. cū. n. nepotē syllæ ex filia fuisse refert: cuius neptis erat & ipa pōpeia. Inter publicas cerimōias notissimū ē quēadmodū. p. Clodi. cicerōis inimicus muliebri psalteriæ ueste occultatus ꝓphanauit sacra bonæ deæ: a quoꝝ cōspectu sic oēs uiri ex ritu summouebātur: ut picturæ quoq masculoꝝ aialiū cōtegerent. Dephensus itaq Clodi. ī cubiculo puellæ: q̄ ancilla erat pōpeiæ uxoris Cæsaris: quā efflicti deperibat: accusatus fuit pollutarū cerimoniarū: quē tñ reatū euasit empto cōstuprato q iudicio. auctores Ci. & Seneca publicas cerimonias itelligit sacra bonæ deæ. quoniā id sacrificiū ꝓ pplo fieri dicebat de quo ita scribit Ci. in oratiōe de aruspicum respōsis. sacrificiū bonæ deæ: fit p uirgines uestales: fit p po. ro. fit ī ea domo q̄ est in iperio: fit incredibili cerimonia. idē in epistolis ad atticū de hoc toto negocio sic refert publiū clodiū apii filiū te credo audisse cū ueste mulieris dephēsum domi Caii. Cæsa. cū sacrificiū ꝓ pplo fieret: eūq p māus seruiliæ seruatū & eductū: rē esse isigni ifamia. Idē mox ī alia epistola: credo inqt te audisse cū apud cæsarē ꝓ pplo fieret sacrificiū uenisse eo muliebri īdutū uestitu uerū idq sacrificiū cū uirgines īstaurassent mentionē a qnto cornificio in senatu factā. hoc idē tradit Seneca lib. xvi. epistolarū ad Luciliū. ꝑterea popularia sacra sunt ut ait labeo: quæ oēs ciues faciūt: nec certis familiis attributa sunt: ut fornacalia: parilia: laralia: Cerimoniæ aūt a carendo dictæ: sicut religio a relinquēdo. Nā ut inqt Massurius Sabinus religiosum est qd pp sanctitatē aliquā remotū ac sepositum a nobis est: uerbum a relinquēdo dictū. tanq̄ cerimoniæ a carendo. Valerius autumat sacra cerimonias uocari a ceritibus etruscis: quia sacra romanoꝝ infracto reipublicæ statu perinde ac florente coluerunt. Quoniā incidit. P. Clodii mentio: enarrandus est obiter locus ille ex epistola Ciceronis ad lentulum: Qui non pluris fecerat bonā deam q̄ tris sorores. Quæri enim & quidem anxie so

Popularia sacra

Cerimōiæ unde

Enodatus locus Ciceronis.

let ab eruditis historia triū sorozꝝ: quas ita clodius polluit: sicut cerimonias bonæ deæ polluerat. ego ut ꝑ uirili pte foueā studia studiosozꝝ: cū diligēter id inqrerē: repi clodiū habuisse tris sorores easqꝫ oēs constuprasse: qrū iunior noīe clodia nupsit lucullo. altera terrētia noīata uxor fuit Marcii regis. tertia nupsit metello celeri: qdrans cognominata ex eo ꝙ qdā adolescens q eā amabat ꝓ argēteis nūmis qdrātes æreos īmisit in loculū puellæ q cū qdrantibus ꝓ ꝑcio cōcubitus illusa fuisset: qdrātis meruit cognomē. Auctor huius historiæ ē Plutar. ī uita cicerōis: sed nō ea q uulgo īpressa legit. illā. n. scripsit Leonar. aretinus ut cōditor nō ut īterpres.

Quæstio quid

Quæstionem: mō inqsitionē: alias tormēta: apud rhetores dialecticosqꝫ alia res est qstio. Pollutis: cōtaminatis uiolatis. Quæstori ulterior hispania obuenit: ex quæstoribus ut scribit Vulpianus qdam solebant ꝓuīcias sortiri: nō. n. oēs quæstores ꝓuincias sorciebant. Cæsar ex his quæstoribus unus fuit q ꝓuincias sortiunt. cui hispania ulterior obuenit hoc ē sortio obtigit: quæ teste Plinio bethica est. ois. n. hispania in ulteriorē: citeriorēqꝫ diuidit. Citerior eadē taraconēsis ad pyrenea usqꝫ iuga ꝓtendit ulterior in duas ꝑ longitudinem ꝓuincias diuidit: hoc est bethicam & lusitaniam.

Diuisio hispaniæ

M.AN. A uenere Iulii: ab Iulo Veneris nepote: Aeneæ filio: Vergi. Iuli. a magno dimissum nomē Iulo. In genere patris. s. & amitæ meæ. Regū sanctitas: inuiolabilis maiestas. Et cerimonia: ad historiā allusit: nisi ad Venerē potius id referas: Diony. auctor ē: orta īter Iuliū Ascanii filiū: & Siluiū Aenea & lauinia genitū de regno altercatōe ita īter eos cōparatum: ut Siluius regnaret: Iulo & posteris: qdā sacrozꝝ ptās cæderet: q in ea gēte usqꝫ ad sua tpa māsisset. Quinti Pōpeii filiā: Pedia. Quītus inqt Pōpe. syllæ dictatoris ex filia nepos: qre Pōpeia ꝓneptis potius: nisi hūc fratrē accipias cuius pater eodē ꝑnoīe fuerit quod raro apud maiores uideo seruatū. Inter pudicas cerimōias: publica sacrozꝝ solēnia q in pōtificis maximi. domo celebrari solita scribit Plutar. qre Cæsarē tū pōtificē fuisse accipias oportet: quū Clodius ad eius cōiugē muliebri habitu penetrauit: miror Appianū Calaphurniā ꝓ Pōpeii inscripsisse: Sed adhuc magis mirū Liuiū: Metelli pontificis coniugē in sacris bonæ deæ a Clodio adulteratā scripsisse: quū & uxorē Cæsaris fuisse constet: ad quā ille. in opertū uenisset: nec Calphurniā q quoad uixit Cæsar: in eius conubio ꝑmansit. Obuenit: sorte obtigit. Vlterior hispania: Bethica: quæ ulterior: auctore Plinio dicta est.

Cōuentus quid

cōuentus circūiret: gadesqꝫ uenisset aīauersa apud Herculis templū magni Alexandri imagine ingemuit: & quasi pertesus ignauiam suam: quod nihil tum a se memorabile actū esset in ætate: quam iam Alexander orbem terrarū subegisset: & missionem continuo efflagitauit ad captādas quāprimum maiorum rerum occasiones. In urbe etiam cōfusum eum somnio proximæ noctis: nam uisis erat per quietē matri stuprum intulisse: coniectores ad amplissimam spem incitauerunt. Arbitrium orbis terrarum portendi interꝑtantes: quando mater: quā subiectā sibi uidisset: nō alia esset q̄

PHI. Cōuentus: circūiret. In hoc loco cōuentus loca significant: in qbus populi iuris dicendi causa a magistratibus iuridicis cōgregant: de qbus crebra ē mentio apud historicos: & ita illud intelligendū est in. v. cōmentariorū apud cæsarē his cōfectis rebus cōuentibusqꝫ pactis in citeriorē galliā reuertit. In hoc eodē significatu accipit illud poetæ satyrici: nec ꝑ conuentus nec cuncta per oppida curuis unguibus ire pta nūmos raptura celeno. scribit Pli. i. iii. ī bethica fuisse iuridicos cōuentus qttuor uidelicet gaditanū. cordubensem. astysitanū: hispalēsen. Apud Herculis tēplum: gadibus tēplum fuit Herculis honoratū. in quo qdam colūnas illas esse existimāt: quæ Herculis colūnæ nūcupant. sunt aūt ex ære cubitozꝝ octo lōgitudine: & gades Herculi dicatæ: testat ēt poeta in ꝑriapeiis illo uersiculo. gades Herculis humidūqꝫ tibur: hoc Herculis tēplum de quo nūc loqtur tranquillus luculētis uersibus: describit sillius Italicus libro. iii. punicozꝝ. de eodē sētit Liuius sic scribēs libros. xxi. hānibal gadis ꝓfectus Herculi uota exoluit nouisqꝫ se obligat uotis: Philostratus lib. v. de apollonii uita ꝓdidit multa de tēplo herculis gaditani. Gades aūt insula est extra colūnas herculeas: olim uno sensu qngēti gaditani censi sunt in ordine equestri. cor. balbus oppidū gadibus cōdidit noīe neapolim. gaditani oriūdi sunt a tyriis. hīc Lucanus. tyriis q gadibus hospes. Ingenuit Paulū dissentit Plutarchus qui sic ait. Cæsar in hispania cū ocium nactus res quasdā Alexandri pictas ꝑlegeret secū diu cogitabundus dehinc illachrymasse tradit: cuius rei cām admirātibus sociis: nō ne iure dolendum arbitramini: quod huius ætatis Alexander tot gentes subdidisset īperio: qua nullū adhuc ꝑclarum facinus ipse gesserim.

Templum Herculis Gadibus

Gades ubi

Pertesus

Pertesus ignauiam: pertesus participiū est sine uerbi origīe: ut autumat Seruius: & regit genitiuū sicut ex illo Virgiliano manifestum est: si nō pertesum thalami tedæqꝫ fuisset. Regit etiā accusatiuum ut ex hoc loco aperte dignoscitur: cuius testimoniū citat Seruius: atq Aulus Gellius libro. i. noctium acticarū usus est hoc uerbo ꝑtedere tāq̄ personali sic scribens uerbi eius designati ꝑteduissent. Scipio Africanus ꝑtisum per. i. litteram dicit enūciasse: cuius meminit Lucil. cū ait. Quo facetior uidet & scire plusq̄ cæteri ꝑtisum hoiem non pertesum dicere ferūt te. Qua Alex. decessit Alexander ānos tris & triginta natus: cum prius subegisset oēs ferme orientales nationes: & instar fulminis cuncta prostrauisset oceanum quoqꝫ eremigasset. Seneca in primo suasoriarum nō ineleganter inquit. Alexā. orbi magnus est: Alexandro orbis Angustus est.

De alexandro

etenim ſicut hiſtoriarũ cõditores ꝓdiderunt cũ anaxarchũ philoſophũ audiſſet referenté ĩnumerabiles eẽ mũdos:heu me ĩnqt miſerũ:ꝙ ne uno qdẽ adhuc ſum potitus:hĩc nimirũ illud exiit.unus pelleo iuueni nõ ſufficit orbis. Miſſioné cõtinuo efflagitauit:ĩ re militari multa ſunt gña miſſionum : ẽ.n.hõeſta q emeritis ſtipẽdiis ab ĩpatore ĩdulgeẽ : ẽ cauſaria: q̃ pp ualitudies a laboribus militiæ ſoluit:unde cauſarii milites a Liuio dicti:ẽ & ignominioſa:cũ qs pp delictũ ſacraméto ſoluitur. auctores iuriſcõ.ff. de re mili. & ĩ titulo de his q not.iſa.ĩ hoc loco cæſaré ĩtelligimus miſſioné honeſtã flagitaſſe. Cõtinuo:ſtati. Cõfuſum ſõnio:Plutar.a trãqllo diſſentiẽs tradit Cæſaré ea nocte quã ĩſequutus ẽ rubicõis tranſitus: hoc ui diſſe ſõniũ:ut.S.ꝓ qeté matrẽ uidereẽ ſe ꝑmiſcuiſſe ĩfando cõcubitu:cũ mater ãt cõis oĩum terra ſignificetur:ſicuti Liu.Pli.& Naſo notificãt:merito ĩterꝑtes ſõnioꝝ dixerũt eo ſõnio portendi: ꝙ cæſar terrã matré ſua uirtute ſubigeret:& orbi terrarũ dñareẽ. Cõiectores ĩterꝑtes ſõnioꝝ atqꝫ oĩum cõiectores uocãẽ a cõiectura hoc ẽ directiõe q̃dã rõnis ad ueritaté:uñ & ſtatus cõiecturalis diciẽ apud oratores:ut autor ẽ Quinti.ĩ.iii.alio noĩe tales ſõniatores nũcupãẽ.De qbus ita ĩ deuteronõio ſcriptũ ẽ:nõ adĩes uerba ſõniatores.De cõiectore ſic ĩqt Ci.defert ad cõiectoré qdã ſõniaſſe ſe ouũ pẽdere ex faſcia lecti cubicularis. ueteres au.Apu.cõiecturã diuiatiõis gẽus eẽ tradiderũt.Ho.ĩ.i.ilia.rapſodia ονειροπολον uocat cõiectoré.

De miſſionibus

De ſõnio cæſaris ſe matri ꝑmiſcuiſſe

Cõiectores

M.AN. Cõuẽtus:loca qbus ĩ eiuſdẽ Plinii utar uerbis:plures ppl'i diſceptabãt: q̃ttuor ĩ ea cõuẽtus gaditanus:Aſtiſita:Cordubẽſis:& hiſpalẽſis. Gades:ĩſula ẽ extra terrã:Pli.gadibus extra orbẽ cõditis. Pertæſus ignauiã ſuã:ſuæ ignauiæ tedio affectus. Aetate:altero.ſ.ac.xxx.ætatis ãno. Orbẽ terrarũ ſubegiſſet at Macedões nõ ſolũ non orbẽ ſubegere:ſed de aphrica ne cõtendere qdẽ:ut Polybius ait:cœperũt:ĩ Europa uero ab Adria ad Iſtrũ:quota eius regiõis pte dñati : magnam Aſiæ parté intactã reliquiſſe eiuſdem teſtimonio tradunẽ. Miſſioné decedendi facultaté. Coniectores:græci ονειροπολουσ:uocant.

terra:quæ omnium parens haberetur.

De geſtis per eum in urbe.

DEcedẽs ergo ante tempus colonias latinas de petẽda ciuitate agitãtes adiit: & ad addendum aliquid cõcitaſſet: niſi cõſules conſcriptas in Ciliciã legiones pauliſper ob id ipſum retinuiſſent: nec eo ſecius maiora mox in urbe molitus eſt.

De ſuſpitione cõiuratiõis eius cũ Craſſo & Sylla.

SIqdẽ añ paucos dies q̃ ædilitaté iniret:uẽit ĩ ſuſpitioné cõſpiraſſe cũ Marco craſſo cõſulari: Itẽ publio Sylla & .L. Antro.poſt deſignationé cõſulatus

PHI. Oĩum parens hẽreẽ:terrã oĩparẽté idonei ſcriptores appellãt.Pli.in.ii. Terræ eximia pp merita cognomẽ ĩdidimus maternæ uenerατiõis Lucre.i.ii.q̃re magna deũ mater materqꝫ ferarũ & noſtri gẽitrix hæc dicta eſt corporis una.Oui. quoqꝫ ĩ hanc ſniam ait.magna parẽs terra eſt. appellatõe ãt parẽtũ oẽs ĩ infinitũ maiores utriuſqꝫ ſexus ſignificari ſcribit.C.Caſ.iuriſcon.ff.de ĩ ius uo.& lib.ffoꝝ.L.ſic ſcriptũ legius:appellatiõe parẽtis nõ tñ pater ſed ẽt auus & ꝓauus & deĩceps oẽs ſupiores continenẽ:ſed & mater & auia & ꝓauia. Autor ẽ Hierony.ĩ ſecũda cõtra ruffinũ apologia parẽtes militari uulgariqꝫ ſermone cognatos & affines noĩari. Hieronymo aſtipulaẽ Aelius lãpridius ſic ſcribens ĩ alexãdri ſeueri ĩpatoris uita:amicos & parẽtes Alexãder ſi malos repit:aut puniuit:aut ſi uetus uel amicitia uel neceſſitudo nõ ſciuit puniri : dimiſit a ſe dicẽs his carior ẽ mihi reſpublica. Iulius quoqꝫ capitolinus de Marco Anto.refert:ꝙ adoptatus ĩ aulicã domũ oĩbus parẽtibus ſuis tantã reuerentiã quãtã priuatus exhibuit.hĩc parẽtela ſicut uulgo diciẽ ab eodẽ uſurpaẽ ita ſcribẽte.Cã eloquẽtiæ dignũ parẽtela ſua putauit. Colonias latinas adiit. Duo gña coloniarum fuerũt q̃ a pp'lo romano deductæ ſunt:Nãqꝫ aliæ latinæ:aliæ ciuiũ romanoꝝ dicebanẽ : qđ ſignificat Li. his uerbis ex libro ab urbe cõdita duo de q̃dragesimo. Illud agitabãt uti colonia deducereẽ nec ſatis conſtabat.utrũ latinã an ciuiũ romanoꝝ deduci placeret bononia latina colonia : mutina & parma coloniæ romanoꝝ ciuiũ ſunt deductæ.erat & aliud genus coloniarũ : q̃les.n. Põpeius Strabo Põpeii magni pater tranſpadanas colonias traduxerat.nõ.n.nouis colonis eas cõſtituit ſed ueteribus incolis manẽtibus ius dedit latii: ut poſſent habere ius qđ ceteræ latiæ coloniæ.i.ut petendi magiſtratus ciuitaté romanã adipiſcerenẽ : erant ꝑterea coloniæ qbus ius italiæ dabaẽ.erant & latinoꝝ uterũ: quæ & latii ueteris appellantur: quales in hiſpania multas fuiſſe refert Pli. Senſus eſt tranqlli cæſaré utpote cupidũ rerũ nouarum iuiſſe ad colonias:quæ de petẽda ciuitate agitabãt hoc eſt ut ciuitate romana donarenẽ & ciues romani fierent ob quã rem ſæpe maximi tumultus excitati fuerunt:& ĩde origo ſocialis belli exorta crediẽ : ſicuti hiſtorici tradiderũt. Nec eo ſecius.i.nec eo tardius nec ideo minus:Apuleius nec eo ſecius approbabiẽ tibi nũc ẽt firmitas aĩ mei. Virg.Currit iter tutum nõ ſecius equore claſſis.uideẽ aũt ſecius a ſero dictum ut autumat feſtus Põpeius: unde ait Accius in amphytrione.Si forte Paulo quã ueniam ſecius.ſecus uero ſignificat aliter. Ob idipſum:ꝙ.ſ.uerebanẽ nec a cæſare cõcitarenẽ latinæ coloniæ ad aliqd noui moliendum.

Terra oĩparens

parẽtes affines dici

De coloniis

Secius

Edilitaté:edilitatũ ueteres dixere:quã nunc edilitatem uocant:de edilibus mox plura. L.Antronio.P. ſylla dãnatis.ſyllã & Antroniũ ſignificat:quoꝝ alterum.L.cotta alterum.L.torquatus ambitus dãnarant:

Edilitas

autor Asconi.& meminit cicero in ea oratione q̃ inſcribitur ꝑ pu.ſylla.In qua ẽt hoc quoq; cõmemorat: antroniũ hoiem audacẽ petulantẽ & libidinoſum affinẽ fuiſſe ſceleri catilinæ cõtra rẽpu. cõiurãtis a quo crimine pu.ſyllã ſei iũgere contẽdit huiuſce rei meminit & Salu.in catilina. nunc tranqllus ſcribit cæſarẽ noua quadã coniuratione cõſpiraſſe cum his duobus:&.M.craſſo illo opulentiſſimo.

ftis neq; fuméda ẽ neq; seruáda sollicite i hoc át ut Augu.imitatus eẽ Alexá.magnũ:q & ípe ueste íduebaẽ cõfecta máib₉ sorox.uñ ait apd qntũ curtiũ hác uesté q̃ ídutus sũ sorox nõ solũ domũ sed ét opus uides: nñi decepe memores ecõtrario apud psas ,pbrosum est foeminis admouere lanæ manus:uestesq; conficere. M.AN. Nemoribus:arboribus i nemox spém cõsitis Papinius i surrétina pollii uilla ubi núc ne mora ardua cernis hic nec terra fuit. Excoluit:ornauit. Notabilib₉:ísignibus. Gigátũ ossa dñr:dñr dixit q̃i minime credédum:uex gabius & Plu.mira q̃dá de antei ossibus tradideẽt:Pli.i creta motu terræ abrupto mõte stupéde magnitudis cadauer reptũ ,pdidit. Residuis:durátibus. Priuatæ.i.húilis & non publicæ. Nõ temere:nõ alia fere. Qua domestica:a domesticis cõfecta uetus atq; heroicũ fuit ut uestibus mulie bri dõestico ope factis sũmi uiri utereẽ:Valerius flaccus de castore & polluce:illis thenareo pariter tremit ignea fauco purpura:qd gemía mater spectabile tela duxit opus bis taygetõ filuasq; comátes struxerat.Ver. Tyrioq; ardebat murice lena déissa ex húeris diues q̃ múera dido fecerat:& tenui telas discreuerat auro.& andrõache apud eũdem phrygias clamidé:quá dono dedit Ascanio monuméta suarũ manuum esse uoluit:Plinius de Caia Cecilia auctor est inquit Mar.Varro factam ab ea togam regiam undulatam.

clauo nec lato:nec angusto:calciamẽtis altiusculis: ut ,pcerior q̃ erat uidereẽ & forensia auté & calceos nunq̃ nõ intrã cubiculum habuit:ad subitos repẽtinosq; casus parata.

De conuiuiis & cœnis eiusdem.



Onuiuabaẽ & assidue:nec unq̃ nisi recta:non sine magno ordinũ hõinũq; delectu. Valerius Messalla tradit neminé unq̃ libertiox adhibitũ ab eo cœnç excepto Metia:sed asserto in ingennitaté post pditá Sexti Põpei classem:ipse scribit inuitasse se quendá in cuius uilla maneret:qui spiculator suus olĩ fuisset. Cõuiuia nõnunq̃ & serius inibat:& maturius relinq̃bat:quũ cõuiuæ & cœnare inciperẽt priusq̃ ille discũberet:& pmanerẽt digresso eo.

PHI. Neq; fusis:neq; nimis laxis.téperamentũ.n.quod i rebus oíbus laudabile ẽ i uestitu & calciatu adhibebat Augustus. Clauo:ueste senatoria. Ouidius.c.a.ui mẽsura coacta ẽ. Neq; lato:

Latus clauus

unde latus clauus dictus ab ipsa textura:q & i mapmis usos eẽ testis ẽ Mart.illo endecasyllabo.& lato uariata mappa clauo.latiore clauo usum fuisse tullũ hostiliũ auctor ẽ Pli.i.ix.Augustus uero i hoc seruabat mediocritaté q ma xima ẽ uirtus:tacitus íperator in terdixit auroclauatis uestibus q a textatura clauox aureorũ ita núcupabanẽ uñ & tunicæ auroclauatæ dictæ.

Forensia

Forésia:uestiméta qbus in foro utebanẽ forésia appellauerũt sicuti cœnatoria qbus domi utebãẽ in cœna. hinc Martialis ait i distícho cuius titulus est cœnatoria.nec fora sunt nobis nec sunt uadimonia nota hic opus ẽ pictis accubuisse thoris.dicunẽ forésia ab eo ꝙ foris atq; in foro illis utebanẽ.togæ forenses alio nomine uocanẽ.

Calceolarius

Mullei

Calceos:a calceo calceolarius dicitur sutor:quo uocabulo utitur Plautus i aulularia.De calceo dixit oratius.si pede maior erit subuertet si minor uret.calcei patriciox mullei nuncupabanẽ a mullãdo idest suẽdo fenestella putat nomẽ datũ mullis piscibus a colore mulleox calciamẽtox.de calceis mulleis loquitur flauius uopiscus in aureliano. Cõuiuabaẽ.M.Cato tusculanus mẽsam amicorũ parenté esse existimabat: tanq̃ in cõuiuio amici pararenẽ.sed tales a Seneca probari minime uidenẽ dánáte eos:q amicos in cõuiuio ,pbant Cato quoq; uticẽsis iniquũ esse dicebat beniuolẽtiá cibo allici:Attamé regia res est mẽsam participare cũ cõuictoribus & ex cõuictu amicox capere uoluptaté laude digná cũ illi uehemẽter carpanẽ.q solitaria coena distẽdunẽ & clandestinæ ganeæ soli indulgent.laudádus est Augustus:qui assidue cõuiuabatur ita ut omnia omnibus forent cõmunia:& eadé cũctis apponerenẽ:hoc est.n.conuiuari ea coena:quam

Recta cœna

rectam dixere. Nunq̃ non:semper. Nisi recta:rectam absolute ueteres cœnam appellauerunt:qua clientes & conuiuas recto ordine discumbentes laute eisdemq; epulis accipiebant.Martialis.promissa est nobis sportula recta data est.infra fiet mentio sæpe cœnax rectax:quibus sportulæ obiiciunẽ. Mena:hic est ille menas qui bellox ciuilium desertor dictus est:qui magni Pompeii fuerat Seruus:quem Cæsar libertate donauit.hic a Sexto Pompeio ad Augustũ ab Augusto ad sextum deinde ad Augustũ subinde transfugit. Appianus hunc appellat menodox.Plutarchus uero & alii menam.in qué scribit Oratius mordaciter carmen illud ex epodo:lupis & agnis q̃nta sortito obtigit tecũ mihi discordia est.Plinius i.xxxv. scribit Menam & menecrateno seruos sexti Põpeii uisos esse a proauis in catasta pedibus argẽtaria creta denotatis a

Spicula

liũ seruorũ Pedes a poetis gypsati dicuntur. Spiculator:spiculatores dicti sunt satellites principum a spiculis.quæ gestant.sunt aũt spicula ut ait uegetius tela missilia:quox ferrum est triangulum unciax noué hastile pedum quinq; & senis.antiqui pila uocauerũt.alias spiculũ dicitur cuspis ipsa & aculeus ut spicula sagitax:& aculei apiũ.Qu.curtius inter promptissimos dimicás Alexander sagita ictus est: quæ in medio

Spicula

Spiculate

crure fixa reliquerat spiculũ.Virgilius de apibus.& spicula ceca relinquũt affixæ uenis.a spiculo fit uerbũ spiculare quod sigñat cuspidare & acuere Plinius in.xi.telũ uero pfodiẽdo tergori quo spiculauit igenio. De spiculatorib₉ uero q latera prĩcipis sepiũt spiculis armatí ait Cor.tacitus dilapsis spiculatoribus cætera cohors nõ aspernata contionantem.mendosi codices pro speculatoribus habent spiculatoribus: cum spe

culatores sint exploratores:quos græci pti episcopos uocāt:pti catascopos.hoc obiter dictū sit ut locū itelligas mēdosū i Cæ.cōmētariis.ita.n.scriptū passim legiť i cōmētario decīotertio litteris celeriter i siciliā cōscriptis & p satascopū missis.ubi legēdū ē pcatascopū:quo nomie speculator sigñať:potes ēt si libet legere catascopiū:quod nomē nauigii ē exploratorii:ut sit sensus:Cæsarē litteras misisse i siciliā pnauiculā uelocē & exploratoriā.catascopii nauis exploratoriæ meminit gellius lib.ix.noctiū atticaꝝ. Serius:iam cōuiuis discombentibus. Maturius:adhuc conuiuis in cœna permanentibus. Digresso: cum iam esset satur.ne credas Augustum fecisse quod Domicianum:qui surgens e conuiuio referebat se ad occultam ganeam.

Episcopi
Catascopi
Locus
Cæsaris
Catascopium

.M.AN. Nec lato clauo:siqdē clauus quū latior erat latus clauus dicebať:Augustus igiť nec lato nec angusto utebať:sed mediocri pportiōe. Forēsia:ut sit nomē enūciatū multitudinis nūero & neutro genere. Apuleius sumpsit palliū forēsia domi reliqt:idē uero alibi aliter forēsi inqt toga īdutus accūbebat.Forēsia autem dixere quia in foro uel quod magis placet foris idest extra domū eiusmodi siue toga : siue aliis ad cultum corporis quæsitis uterenť. Recta:cœna.s.qua sublata sportula dari cœpit. Libertinorum:& ad ordinē ipm & ad hominē referri potest. Mena:sic codices qdam habent: alii uero metia: sed si Appiani lectio uera est utrūq mendose : ille Menodoꝝ non menā aut metiā scribit q magni Pompeii Seruus fuerat is siciliensi bello cū nauibus quibus præerat a sexto Pompeio ad Augustū transfugit : Menodoꝝ inqt ille ad se profectū liberū.i.ingenuū ex liberto declarauit & iis quas adduxisset nauibus præesset uoluit:uideo tamen fieri potuisse ut ex menodoro postq̄ ad īgenuitatem est assertus Menas sit dictus:sed id auctoritate caret. Spiculator:minister carnifex spiculo accīctus: spiculū telū ad similitudinē sagittæ a quo spiculor cōfigo:quædā exemplaria speculator habent a q̄ lectione non abhorreo ut belloꝝ tpe Augustus illius opera ad explorādos hostiū motus fuerit usus. Serius:postq̄ alii oēs accubuissēt. Maturius:celerius.

Cœnā ternis ferculis:aut quum abundatissime senis præbebat:ut non nimio sumptu ita sūma cōitate.nam & ac cōmunem sermonis tacentes: etiā summissim fabulātes prouocabat:& aut acroamata & histriōes:aut etiā triuiales ex circo

PHI. Ternis ferculis:sicut ista psimōia ferculoꝝ laudāda i Augusto ē:ita luxuria i heliogabalo uitupanda:q.xx.& duo fercula i gētiū epulaꝝ exhibebat in cōuiuio Ausōius i panagyrico gratianum laudat a frugalitate his uerbis:i cibis aūt cuius sacerdotis abstinētior cerimōia.In uino cuius senis mēsa frugalior?laudať & Cyrus ab Amiāo marcellino:q cū delatus ad hospitē iterrogareť ab eo:qd ad cōuiuiū parari deberet:panē respōderat solū eē parādū:sperare.n.se aiebat ppe riuū cœnatuꝝ.cōstātius quoq iperator ex sobria edēdi potādiq moderatiōe ualitudinē firmā retinuisse ferť.mamertius ab eadē uictus psimōia laudat Iulianū:q gauderet castrēsi cibo & poculo fortuito:caperetq prādiū statariū. ferculū fulgētius placiades ait significare missū carniū. Comitate:facilitate:& iucūditate ab simili humāitate cōuiuali laudať Traiāus a Pli. Sūmissim:sūmissa uoce & depressa:quasi corā prīcipe apte loq uererenť.unde ipe agēs bonū cōuiuatorē eos puocabat ad sermonē cōmunicādū unaq cōfabulādū:sicut de Traiano ait Plinius.Nō puocas reddiq sermones?&c.n.in cōuiuio nec loquaces nec muti eē debemus:quoniā eloquētia in foro silentiū in cubiculo esse debet: sermones aūt cōuiuales ut Varro gelliusq præcipiūt iucūdos esse oportet atq inuitabiles & cū quadā illecebra & uoluptate utiles:ex qbus ingeniū nostrū uenustius fiat & Amenius.qd si legas:sūmussim.per.u. Nāq sūmussos dici uoluerūt murmuratores:q nō aperte loquūtur. Acroamata: græci acroamata uoces & ausculationes uocāt.Aristoteles acroamatata nominauit cōmentatiōes suas: quas discipulis tradebat in qbus philosophia remotior:subtiliorq agitabať & huic disciplinæ q̇ acroamatice diciť tēpus dabat in lyceo gymnasio matutio eāq appellabat ἑωθινὸν περίπατον.i.matutinā ambulationē.Lāpridius accipere uideť acromata p ipsis hominibus acromatō recitatoribus:cū ait in alexādro Romano omnia acromata & pātomimos populo donauit.latini scriptores hāc dictionē ciuitate.Ro. donauerūt: appellaueťq acromata festiuas recitatiōes ludicrasq narrationes qđ significat Ci.sic scribens in oratione p signis.hic q̄si festiuū acroma ne sine corolario de cōuiuio discederet:ibidē cōuiuiis inspectātibus emblemata euellēda curanit.Idē in oratiōe pro Archia poeta themistoclē illū summū athenis uiꝝ dixisse aiūt cū ex eo quærereťs quod acroma:aut cuius uocem libentissime audiret:eius a quo sua uirtus optime prædicareť.Idem in oratione pro sestio.ille ipse maxie ludus nō solū spectator sed actor & acroma.Igiť augustus id genus acromata hoc est narrationes recitationesq ludicras & mimicas interponebat cōuiuiis ad conuictores oblectandos. Triuiales ludos:spectacula:quæ in triuiis passim fiunt suntq uulgaria a triuio enim triuialis deriuatur.Inde magistri triuialis scientiæ dicti a quintiliano:qui in triuiis docent. & a calphurnio in bucolicis. Non hoc triuiali more uiator sed deus ipse canit.a triuio fit aduerbiū triuialiter : quod significat passim: uulgo:ubiq quidam codices habent non ludos sed ludios:& tunc referēdū erit ad histriones:q in triuiis agunt ludicra iocularia & saltationes haud indecoras dant.ludii enim & ludiones dicunť histriones.Liuius ludiones ex ethruria acciti. Ouidius ludius æquatā ter pede pulsat humū. Inde ludiæ dictæ fœminæ exercētes artem ludicrā.Marcialis.hermes cura laborq ludiaꝝ.Iuuenalis.q̇ ludia sumpserit unquā hos habitus. Ex circo:nō circēses ludos significat:sed sortilegia & id gēus alia oblectamēta ptinētia ad diuinationem:quæ sit ex inspetione manus aut frōtis aut ex interptatione somnioꝝ. tales. n.in circo morabāť

Qualesin conuiuio
Sermōes cōuiuales:
Súmussi
Acromata
Triuialis
Ludius
Ludio
Ludiæ

Astrologi I circo & consistebant:quod docet.M.Tullius in primo de diuinatione:cum ait.Non de circo astrologos:nõ isia
cos cõiectores: non interpretes somnioꝝ.hinc ab oratio dictũ est.fallacẽ circum uespertinũq; perro sæpe
foꝝ:circum.n.fallacem optimo epitheto appellat ꝓpter falsas diuinationes sortilegoꝝ & coniectoꝝ.por
phyriõis sup hoc non ꝓbo interp̃tamentũ:qui circũ exponit pro suburra.ob hoc uidetur etiam dixisse lu
plebeium in circo positũ est & in agere fatum.Augustus ad hilarandos conuiuas interponere solebat id ge
nus hoies ex circo:qui sortilegia calent & somnia iterp̃tãtur : & qbusdã quasi officiis fallunt & oblectant.

M.ANTO. Senis ferculis:sex ciboꝝ generibus:quasi id quoq; in tãta sæculi luxuria parce fieret:Sed Sa
tyrus damnat quod septem fercula recentiores cœnitarent:Plinius ut pniciosam etiam damnat ciborum
narietatem Aceruatio inquit saporum pestifera & condimenta perniciosiora: sic & disarius apud Macro
bium affirmat sed contra eius opinionem plura apud eundem Eustachius. Comitate:mansuetudine:sua
uitate facilitate. Ad communionem:ut secretum etiam sermonem secum communicarent. Acroamata:
ad auriũ delectationẽ cõparata. παρὰ τὸ ἀκρόασθαι audio Macrobius delectatus erat inter cœnã sym
phoniacis Turonii flacci mãgonis atq; eos frumento donauerat:quũ in alia acroamata nũmis liberalis fuis
set. Triuiales:& iccirco rudes ac minus accuratos. Ex circo: aut ex circensium forma aut quod magis
placet post circenses.

ludios interponebat:aut frequentissime aretalogos.

De celebratione festorum & solemnium dierum.



Estos & solẽnes dies ꝓfusissime.nõnũq̃ iocularitet
tm̃ celebrabat.Saturnalibus & si qñ alias libuisset
mõ munera diuidebat uestẽ. & aurũ: & argẽtũ mõ
mũmos ois notę.ẽt ueteres regios ac ꝑegrios.Iterdũ nihil p̃
ter cilicia & spõgias & rutabula & forcipes:atq; alia id gẽus

Aretalogi PHI. Aretalogos : aretalogi
sunt: ut idicat porphirio:garruli
& loquaces in ostentatione uir
tutis: unde nomen deducit.Are
te enim græce uirtus & logos ser
mo.plotius crispius philosophiæ
studiosus fuit qui & carmia scri
psit sed tam garula ut aretalogus
diceretur.in hanc sententiam di
ctũ est illud a poeta satyrico mo
uerat ut mẽdax aretalogus. Profusissime:luxuriosius & ultra p̃scriptũ legis sumptuariæ:q̃ qbusdã diebus
festis saturnalibus & calẽdis in sũmi cõcedebat sũmas pecuniæ maiores:q̃ diebus ꝓfestis: sicuti Gellius in
secũdo.& Macrobius in tertio elegãter tradiderũt.de sumptuariis legibus dictũ est explicatius in supiori
bus.illud adde:q lex iulia sumptuaria ad populũ peruenit augusto impante:q̃ pro festis qdem diebus du
cẽti nũmi finiunt.calendis idibus nonis:& aliis qbusdã festiuis trecenti:Nuptiis aũt & repotiis sestertii mi
Repotia lies esse repotia aũt:ut id quoq; in trãscursu annotemus: dici uoluerũt diem illum: q est post nuptias quo
apud nouũ maritũ cœnatur & quasi reficitur potatio. Vnde & nomẽ.Oratius.ille repotia. Natales aliosq;
dierũ festos albatus celebret. Saturnalibus:qbus munera ultro citroq; mitti remittiq; solebant:quæ satur
Notæ nũmorum nalicia nuncupamus. Nũmos omnis notæ:Nota hoc est signum nummi ueteris fuit ex una parte effigies
capitis iani ex altera nauis.Inde durauit mos ut pueri in aleæ lusum denarios in sublime iactantes exclama
rent capita aut nauim lusu teste uetustatis.Altero quoq; usi sunt nũmo ouem bouemq; in sculptum habẽ
te:quod nũmi genus erat documento ueteres gregibus & armentis abundasse:qppe quoꝝ omnis substan
tia in ouibus bobusq; erat collocata ut auctor est Plutarchus in ꝓblematis:nota argẽtei nũmi fuerunt bi
Bigati gæ atq; quadrigæ:& inde bigati quadrigatiq; dicti:fuit & uictoriatus nũmus:q signatus & imagine uicto
Quadrigati riæ & inde nomen accepit.auctor Plinius in.xxxiii. Regios:quibus usi sunt Romani reges : quales erant
illi nũmi:q notã ouis & bouis habebant.in quibusdam ẽt uetustissimis signum porci incisum erat. habeo
auctores idoneos:temporibus regum Romanorum in usu fuisse nũmos ligneos & scorteos hoc est ex co
rio cõfectos.& olim nũma pompilius cõgiarium dedit po.Ro.asses ligneos & scorteos inde hieronymũ
utpote eruditissimũ dixisse existimo:ut cũ montes aureos pollicitus fuerit ne scorteum qdem nummũ de
thesauris tuis proferas.potes per regios nũmos eos quoq; intelligere : quibus externi reges usi sunt quales
fuerũt nũmi philippei:quoꝝ crebra mentio est apud historicos & poetas:de quibus ait oratius.rettulit ac
ceptos regale nomisma philippos.Plautus in bacchidibus. ducẽtos nũmos aureos philippos ꝓbos dabit
Idem I trinũmo.Si hũc possum illis mille nummis philippeis circũducere.nũmi ꝑsici erat nota τὸ ξοῦνο
idest sagittarius:hinc illud apophthegma age filai.sic ex asia pelli.xxx.millibus sagittariis cum rex persarũ
xxx.millibus nummũ corruptis atheniẽsibus effecisset ut ex asia reuocaretur. Peregrinos:quales fuerunt
Cilicia nũmi germanorũ:qui auctore tacito serratos a nota serræ & bigatos nũmos habebãt. Cilicia:scribit Var
ro in secundo de re rustica cilicia dicta esse a cilicibus populis: apud quos primũ confecta sunt: fiunt aũt
ex uillis hircoꝝ:atq; capraꝝ.scribit uegetius lib.iiii.rei militaris cilicia adhibenda esse ad excipiendum im
petũ sagittaꝝ:& machinas militares ciliciis uestiendas ne exurant incendio.Maro in tertio georgicoꝝ cili
cia periphasticos circũscripsit illis uersibus.cyniphei tõdent hirci barnasq; comãtes usum in castroꝝ & mi
Spongia seris uelamina nautis.asconius cilicia dixit texta esse de pilis castroꝝ usum atq; nautaꝝ. Spõgias:spõgiæ
apud antiquos i usu erãt tergendaꝝ mensarũ & adhibebant ad obscœna emũdanda.martialis in aphore
tis:hæc tibi sorte datur tergẽdis spõgia mẽsis.Seneca libro decimo epistolarũ moraliũ.unus e germanis li
gnũ id quod ad emundanda obscœna adherente spõgia positum est: totũ in gulã farsit & in peclusis fau

cibus spiritũ emisit. Rutabula:rutabulũ instrumẽtũ est.quo panes coquunẽ a promendo igne appellatũ. Rutabulũ
Forcipes:instrumẽta sunt fabrilia ab eo dicta:q; forua.i.calida his capiunẽ.Cato uillicũ dicit habere de- Forcipes
bere forcipes duas & rutabulum unum. Id genus:huius generis:eloquutio uetus & per inde elegans.
M.AN. Ludios:histriões sed ne bis idẽ dixisse uideaẽ ludos qd plæriq; habẽt libẽtius legeri. Interpo-
nebat:iter cœnãdũ iferebat. Aretalogos:uerbo℞ cõpositores απoτ sic αρε̃ τησ και τουλοτου.Iu.Mo
uerat ut mẽdax aretalogus. Profusissime:largius ac sũptuosius. Iculariter:oi feriã iocis adhibitis. Oĩs
notæ:oĩs formæ:Pli.signatũ est nota pecudũ unde & pecunia appellata:Fabius Quĩtiliãus utendũq; plane
sermone ut nũmo cui publica forma est. Veteres regios:ut philippeos olim:nũc multo℞ regũ. Ac pere
grinos.miror peregrinos adiecisse quasi regios nũmos romãos mõstrare potuisset quũ nũmos plurimũ au
reos argẽteos ut intelligamus ut bigatos quadrigatos uictoriatos:Cõstetq; ut tymeus tradidit a Seruio tul
lo rãtũ æs signatũ argentũq; romæ ut Pli.ait anno ab urbe cõdita qngẽtesimo atq; octogesimo signari cœ
perit.Au℞ uero anno sexagesimo secũdo post argentũ nisi forte peregrinos intelligere maluerimus ꝓcul
Italia signatos. Regiosq; ueteres:non ad Romanos reges sed ad porsenam & alios q in terra Italia regna-
uerunt referre:si æreos accipias duorũ nouissimorũ regũ representari potuerunt. Cilicia : cilicia uela de
pilis ut pedianus ait in castrorũ usum texta. Spongias: Mar.hæc tibi sorte datur tergendis spongia men-
sis. Rutrabulũ:a rutro est.rutrũ a ꝓruẽdo ut Varro docet: instrumentũ ad poruendam prunam. Are-
nã:puluerem:aut qd simile:Cato in re rustica fiscellam farinariam unam forcipes duas rutabulum unum.

titulis obscuris & ambiguis solebat & inæq̃lissima℞ re℞ sor
tes & aduersas tabula℞ picturas i ꝯuiuio uẽditare.Icertoq;
casu spẽ mercãtiũ uel frustrari uel explere.ita ut p singulos
lectos licitatio fieret: & seu iactura seu lucrũ ꝯmunicareẽ.

De cibis eius & horis edendis.

c Ibi:nã ne hoc qdẽ omiseri:minimi erat atq; uulgaris

PHI. Titulis ambiguis:chrysi
pus philosophus oẽ uerbũ ambi
guũ natura eẽ dixit:q̃do ex eodẽ
duo uel plura accidi possunt.cõ
tra diodorus cognomẽto crõus
nullũ iqt uerbũ eẽ ambiguũ:nã
cũ ego iqt aliud sensi tu aliud ac
cepisti.obscure magis dictum q̃
ambigue dici põt. ambigui.n.na
tura illa eẽ debet: ut q dicat am-
biguũ duo uel plura dicat.trãqllus hoc loco ait ab augusto dõatas eẽ res titulis ambiguis: ꝓpea q; duo uel
plura ex hisdẽ rebus sigñata accipi poterãt:exẽpli cã diuidebat iter mũera spõgias: q̃ sunt titulo ambiguo.
nãq; spõgia ꝑter supradictã dudũ sigñationẽ accipi põt ꝓ mẽbro uirili:sunt.n.iter genera spõgiariũ q̃dã spõ
giæ oblõgæ:dictæ peniculi:& υποκριστικωσ pẽiculi a similitudĩe cauda℞ appellatæ.penis.n.uocaẽ cau Peniculi
da ide penẽ caudã uirilẽ ueteres appellauerũt:& ut ait:Cicero i epistola ad papyriũ petũ.penis ẽ i obscenis Penis
nota ẽ sñia illa pisonis cõquerẽtis adolescẽtes penĩ deditos eẽ.cũ igiẽ peniculus fit e genere spõgia℞ & a si-
militudĩe ꝓ uirili mẽbro accipiaẽ:merito & spõgia ꝓ eodẽ accipieẽ.De peniculis spõgiis scripsit Pli.i.ix.&
in.xxxi.hic iocus ẽ apud Plautũ i menechmis:nõ satis obuius & cognobilis.nã parasitus noĩe peniculus sic Iocus
loquiẽ.iuuẽtus nomẽ fecit pẽiculo mihi:ideo q̃a mẽsam qñ ego detergo.uult.n.parasitus rõnẽ reddere no plauti
minis sui.& ideo se peniculũ uocitari ait:q̃a mẽsam detergere solebat:alludẽs uidelicet ad spõgiã noĩe pe-
niculũ:quæ tergẽdis mẽsis adhiberi solebat.ut ergo spõgia mẽsam terget sordes auferẽdo:ita ille mensam
tergebat:cibaria cũcta i uẽtrẽ cõgerẽdo.idẽ Paulo ifra alludit ad uirile mẽbrũ dicens quẽ tu parasitũ q̃ris
adolescẽs?meũ peniculũ:eccũ in uidule saluũ fero:cõsimiliter & rutabula titulo sunt ambiguo cũ istrumẽ
ta significẽt ad panẽ coquẽdũ accõmodata:& ꝓ uirili mẽbro posita sint: ut docet festus Põpeius. forcipis
quoq; titulus ambiguus eẽ põt:tanq̃ accipi possit ꝓ uulua fœminea:q̃ capit foruũ.i.calidũ genitale.de spõ
giæ & rutabuli titulis ambiguis auctores hẽo idoneos:de forcipe solã cõiecturã. Inequalissima℞:lõge di-
sparis ꝑcii. Sortes:nimi℞ illas itelligit sortes:q̃ in saturnaliciis muneribus adhibãẽ:de quibus ait martia- Sortes sa
lis.diuitis alternas & paupis accipe sortes.Idẽ alibi.Ancillã tibi sors dedit lucernæ:tutas:q̃ uigil exigit tene turnaliciæ
bras.Idẽ cũ tibi sorte daẽ si sapis adde pip. Auersas:pictura tabulæ auersa diciẽ q̃do ita iuersa est ut pictu Aduersus
ra lateat.aduersus & auersus differũt.nã aduersus significat partẽ anteriorẽ & obuiã:auersus uero partẽ po Auersus
steriorẽ & a tergo.hinc scitũ ẽ illud.M. Catõis i effeminatũ.& aduersus iqt & aduersus ipudicus es. Vel
frustrari:decipe:q̃do.s.mercabũẽ magno id: qd ꝑciosum eẽ existimabãt: & deĩde apparebat cõtẽptibile &
nugatoriũ. Explere:tũc Augustus explebat:spẽ mercãtiũ:qñ illi sortẽ emerãt rei ꝑtiosioris suffragãte for
tũa. Per singulos lectos:p singlas mẽsas cõuiua℞.lecti.n.mõ discubitorii accipiũẽ:q & tricliniares dicti. Lecti tricli
Licitatio fieret:licitationẽ uocamus oblationẽ ꝑcii i uẽditiõe.& licitatores eos q funguneẽ officio licitã- niares
di.Caius iuriscõsultus digestis de publi.licitatio uectigaliũ q̃ calorẽ licitãtis ultra modũ solitæ cõditionis Licitatio
inflauit ita demũ admittẽda ẽ:si fideiussores idoneos & cautionẽ is q licitationẽ fecerit offerre paratus sit.
Cõmũicareẽ:iter cõuictores singula℞ mensa℞:ut ita i singulis lectis participes fierẽt lucri:si sors bene ce
cidisset:uel damni:si male. Cibi minimi:mercurius si fuerit domius genituræ faciet modicũ cibũ potũq;
capiẽtes:& sane utilissima ẽ ut iqt Pli.nẽ tẽperantia i cibis.turpissimũ ꝓfecto ẽ sui stomachi nõ nosse mẽsu Tẽperãtia
rã:& hoiem plus sibi igerere q̃ capiat.scribit Iulius capitolius gordianũ fuisse adeo cibi parcũ:ut itra puri- in cibis
ctũ tpis uel prãdiũ si pranderet uel cœnam finiret si cenaret. Atq; uulgaris:laudat pacatus Theodosiũ:q;

cũ eſſet terrarũ hoĩumq́ dominus:eſſet contentus modico & caſtrenſi cibo:nuſq̃ ĩquireret cupedias ciborũ & peregrinas dapes præcioſaq́ obſonia:taxatq́ prĩcipem quendam: cuius fercula exiſtimabanť ꝓcio æq̃ſtriũ patrimonio℞:itidẽ a Plinio laudať frugalitas traiani in ueſcendo. Amiãus quoq́ Marcellinus extollit parſimaniam ciborũ in Iuliano:cuius menſarũ tenuitas erat recte noſcentibus admirãda. ab Oratio enumeranť commoda tenuis uictus & cibi parabilis:in quibus illud eſt præcipuum bona ualitudo.

M.AN. Ambiguis:parũ notis. Inequaliſſimarũ rerũ ſortes:ſortes rerũ diuerſi præcii cuius uẽditionis rationẽ hãc fuiſſe crediderĩ ut cõiiceret in urnã diuerſarũ rerum uenaliũ noĩa:ĩ alterũ tot uarii ꝓcii ſortes quot res uenales erãt atq́ ita fieret ut q aderãt ſortito mercareť rei uenalis prius ſorte educta.mox ex altera urna ſũma ſiue præcio:quo euenire ſolebat ut q̃ nullius ferme ualoris eẽnt magno ſtarẽt ꝓcio quæ uero multi ꝓcii minimo. Auerſas:auerſa picturæ facie:ut fortũa magis q̃ iudiciũ ualeret. Incerto caſu: dubio euẽtu. Singulos lectos:cõmuni noĩe oĩum uno lecto ſiue thoro accũbẽtiũ. Licitatio:ꝓcii oblatio. Cõmunicaretur:ut iactura ſiue lucrum commune inter unius lecti conuiuas eſſet. Vulgaris:haud exquiſiti.

Secũdarius panis — PHI. Secũdariũ panẽ:plæbeiũ atq́ cibariũ:q ſecũdus alio noĩe diciť. Oratius.paſti ſiliqs & pane ſecũdo
Panis gña — Pli.in.xviii.ꝑterea flõris ſemodiũ & cibarii qđ ſecũdariũ uocãt ſextarios.iiii.furfuris ſextarios totidẽ atq́
Artoptesii — panis uaria ſcito eẽ genera:qdã ab obſoniis appellati:ut oſtrearii:qdã a delitiis ut artolagani:quos tamẽ ꝑmius delicatis accipe uř Cicero ſcribẽs ad papyriũ petũ.dediſcẽdæ tibi ſũt ſportellæ & artolagani tui. Alii panes a feſtinatiõe ſpeuſici dñr σπεύδω enim græce feſtino ſigñat.qdã furnacei:qdã ſubcinericii a coquẽdi rõne nũcupati.alii artoptesii ab artoptesia iſtrumẽto pãibus coqndis accõmodato:cuius meminit Plautus ĩ aulularia.ẽ ꝑterea panis aq̃ticus militaris & nauticus quo.ſ. nautæ ueſcuť:quẽ uulgus biſcoctũ uocat.fermẽtatus pãis cui nihil adẽptũ eſt uocať autopyros.

Piſciculos miutos: Auicenna autumat meliores eẽ piſces paruos piſcibus magnis.Cor.Celſus minus alimẽti ait ꝓſtare piſces:q nũdũ ſũmã magnitudinẽ ipleuerũt.

fere ſecundarium panẽ:& piſciculos miutos:& caſeum bubulum mauu preſſum:& ficos uirides biferas maxĩe appetebat. Veſcebaturque ante cœnã quocunq́ tempore & loco qđ ſtomachus deſideraſſet:uerba ipſius ex epiſtolis ſũt. Nos in ueſcendo panem & palmulas guſtauimus: & iterũ dũ lectica ex regia domũ redeo:pãis unciã cũ paucis acinis

Hierõymus ſcribẽs ad athletã de ĩſtitutiõe filiæ ꝑcipit:ut cibus eius ſit obſculũ & ſimilia caroq́ piſciculi Pli.ĩ.xxxi.tradit piſciculos miutos emẽdare uriæ incõtinẽtiã exẽptos ex uẽtre eius:q eos deuorauerit.
Bubulũ — crematoſq́:ita ut cinis eorũ bibať ex aq̃. Caſeũ bubulũ:a boue Bubulus & Bouius deriuať.grãmatiſtæ ſemidocti bubulũ exiſtimãt dici a bubalo aĩali:de quo illđ notiſſimũ.illi ceſſit atrox bubalus atq́ biſon Pli.in.xxviii.e lacte fit butyrũ plurimũ e bubulo & ĩde nomẽ.Idẽ ait aluũ maxĩe ſolui bubulo lacte. idẽ ait.bubulũ lac caſeo fertilius eẽ q̃ caprinũ ex eadẽ mẽſura pœne altero tãto ſextius eoſdẽ effectus eqno caſeo tra
Hippace — di quos bubulo.caſeũ ãt eqnũ uocãt hippacẽ.caſeus alibilis ẽ magis:qñ mollis ẽ ac recẽs.cõtra aridus & ue
Euchila — tus minus alit.ſtõacho utiles caſei q nõ ſunt ſalſi.i.recẽtes:ueteres aluũ ſiſtũt:corpuſq́ minuũt.in totũ ſalſa
cacochilia — minuũt corpus:alũt mollia auctores Varro.Pli.& Auicẽna.illud adde q Cor.Celſo mollis caſeus numerať
Caſeus manu preſſus — ĩter res euchilas.i.bõi ſucci uetus uero caſeus ĩter cacochilas.i.q ſũt mali ſucci. Mãu ꝓſſum:de hoc ſic ait columella ĩ.viii.illa uero notiſſima ẽ rõ faciũdi caſei:quẽ dicius manu ꝓſſum.nã ĩ multa dũ ẽ tepefacta uel
Biferæ arbores — mãu figurať.ſed buxeis formis exprimiť.caſeus fit fiſtuloſus ſi parcũ ꝓſſus fuerit. Virides:recẽtes. Biferas:biferæ dicũť arbores:q quotãnis fructũ bis ferũt.ſcribit Pli.in.xvi.biferas ficos eẽ & caprificos triferas
Triferæ — eſſe tradit q̃s ob id inſanas uocãt in qbus alia matureſũt.alia turgeſũt:alia florẽt.ꝓcoces ficos athenis ꝓdro
Pro dromi — mos uocãt q̃ſi præcurſorias:hæ enim primiriuæ ſunt.fici uires iuuenũ augẽt ſenibus meliorẽ ualitudinẽ
Fici alibiles — faciũt.minuſq́ rugarũ:corpus & uires adiuuãt.ob id antea athletæ hoc cibo paſcebanť.pythagoras exercitator ad carnes eos trãſtulit.ſcribũt Auicẽna & Galenus ficũ magis alere corpus q̃ reliquos fructus. Ap
Appetere — petebat :auẽter deſiderabat:ĩde appetẽtia & appetitus.alias appetere ſignificat inſtare & apropiquare.Liui
Vẽter pro ſolario — us iã uer appetebat.Curtius nox appetebat.Plautus.propinqua partitudo cui appetit. Stomachus deſideraſſet:ſi frui uolumus proſpera diuturnaq́ ualitudine tunc comeſſe & cibũ capere debemus cũ eſurimus: imitariq́ pſas quibus hora prãdẽdi nulla eſt ꝓſtituta:ſed ut inquit elegãter Marcellinus unicuiq́ uenter ẽ uelut ſolariũ:coq́ monẽte qđ ĩciderit editur:nec q̃ſq̃ poſt ſacietatẽ ſuperfluos ſibi ingerit cibos : qua in re oppido q̃ diſtant ab illis luxurioſis:quos ait Saluſtius:neq́ ſitim:neq́ famẽ præſtolari:ſed cuncta luxu ante capere:uenter ut inqt ueriſſime Plinius iſtat ut creditor & ſæpius die appellat. Tũc illi tantũ cibi dandũ ẽ ut uires reficianť:nõ ut ex ſaturitate immodica opprimanť. Veſcẽdo:dũ ueſcimur:emãdati codices hñt in eſſedo:ut dicat Auguſtus ſe ẽt in eſſedo hoc ẽ curru cibũ ſumpſiſſe: q̃do ſtomachus deſideraret.dicere
Eſſedum — ſolebat diogenes cynicus ſi prãdere malũ nõ ẽ neq́ prãdere in foro malũ eſſe.eſt aũt eſſedũ genus currus: quo peculiariter britãni utunť in pugna.inde eſſedarii dicti.nõ pauca ſcripſimus de eſſedo & eſſedariis in ſecũdo proptii cõmẽtario.ſup eo uerſu:eſſeda celaris ſiſte britãna iugis. Palmulas:fructus palmarũ:q recẽ
..?? palmy — tes inebriant capitis dolorẽ afferunt minus uero ſiccæ:tuſſim exaſperant:corpus augent:nuclei palmarum crematĩ cãliblephara faciũt addito nardo ut refert Plinius in.xxiii.ſunt aũt caliblephara : ut id quoq́ ſtu

diosæ iuuentutis cã enarremus:mendicamenta palpebris uenustandis accõmodata. unde ex græca dictione nomen inflexú.Idétidem Plinius caliblephara fieri docet. palmaȝ unde quinquaginta genere esse tradunť clarissime omniú sunt quas regias appellauere ab honoribus:quoniá regibus tantú persidis seruarentur babilone natæ:unde in horto tantú:qui nunq̃ nisi domináris in aula fuit.hortus aút ille uocatur bagous.sic enim persæ spadões appellant:qui apud eos ét regnauere.hinc ab Ouidio translatú scienter nomen illud.Quem pœnes est dominam seruandi cura bagoe. Ex regia:núma Põpilius auctore Solino habitauit in regia:quæ erat iuxta ædem & adhuc ita appellatur.

Calible phara
Bagous spado

M.AN. Secúdariú pané:uulgaré quasi secúdi panificii seu ordinis:Plinius secúdarii panis qnas se libras totidem cibarii:lampridius panis inquit múdi pondo triginta panis sequétis ad donádú pondo quinquaginta. Virides biferas:sunt inquit idem auctor biferæ serotinæ & præcoces alba ac nigra cú messe uindemiaq; maturescentes.Macrobius & ipse in transcursu biferaȝ meminit. Vescédo:curru. Palmulas:palmas quibus auctore Plinio iudæa íclita est sed quæ Cariotæ dicuntur maximæ celebranť & cibo quidem & succo uberrimæ. Ex regia:sacroȝ regis domo:hoc magis placet:q̃ q; ex basilica intelligas:fuit regia ĩpe ut Antonius docet in sacra uia:in sacra inquit uia traditur pugna cõmissa in qua est regia.

uuæ duracíæ comedi: & rursus:Ne iudæus quidé mi Tiberi tã diligéter sabbatis ieiuniú seruat q̃ ego hodie seruaui:q in balneo demú post horá primá noctis duas bucceas manducaui priusq̃ ungi íciperé. Ex hac obseruãtia nõnunq̃ uel ante initum:uel post dimissum conuiuium solus cenitabat: quum pleno conuiuio nihil tangeret.

De parsimonia eius in potu.



Iní quoq; natura pcissimus erat:nõ ãplius ter bibere eũ solitũ sup cœnã i castris apud Mutinã Cornelio nepos tradit. Postea quotiés largissie se iuitaret

PHI. Vuæ duracinæ: duracina uua nomé accepit a duris acinis: Plinius in.xiiii.uua non alibi gratior callo : ut ide possit inuenisse nomen duracini durus acinus.ab acinis uuarú acinaticium uinum deriuatur. Vlpianus digestis de uino legato : acinaticium inquit plane uino continebitur.

duracina uua
Acinaticiú

Ieiuniú seruat: moyses dux exulum iudæorum factus terminis ægypti pulsus mõte syneum occupauit:í quo septem dierum ieiunio cum populo suo fatigatus septimum diem more gentis iudaicæ sabbatú appellatú in omne euú ieiunio sacrauit:quõiá ille dies famé illis erroréq; finierat auctor Iustinus epitome.xxxvi.scribit Strabo Põpeiú magnú cœpisse hierosolyma obseruato ieiunü die:dú ab omni opere iudæi abstinerét.hic elegáter sabbatarii dicti iudæi a sabbato:qué dié religiosissime uenerãť.Martialis.quod ieiunia sabbatarioȝ sabbati aũt nomé.requiem hebraica ligua significat: ut docet Iosephus libro primo antiquitatú.in exodo & in leuitico iubenť a domino iudæi sabbatizare sabbatú: & ut septimo mése decima die mésis omnis populus ieiunet usq; ad uesperá.sunt quidam:de nostris loquor:qui re uera sabbato ieiunãt:sed cú uenerit dies festus saturanť aduomitú.unde melius est ut íquit Hieronymus quottidie parú q̃ raro satis sumere. Bucceas:bucellas: panis a bucca buccæ & bucellæ dictæ frustula minuta cibarioru:uulgo bolos appellamus. íde etiam bucellatum cibi castrensis & frumentacei genus: quo ut inquit sparcianus iubebat pescenius niger contentos esse debere milites omnes:de bucellato Amianus Marcellinus sic scribit.xx.dierum frumentum ex eo quod erat in sedibus consumendum ad usus diuturnitatem excoctum bucellatú ut uulgo appellant: humeris imposuit libétium militum. Martialis buccas dixit pro buccellas:siue buccas illo uersu.oret caninas panis improbi buccas. Vngi:in balneo ungebantur ueteres adhibitis unctoribus qui alio nomine aliptæ dicuntur.Seneca in septimo epistolarum moralium.supra ipsum balneum habito:cú in aliquem íertem ac plebeia unctione contentum incidi audio crepitú illisæ manus humeris.aliptú cogita tenuem & stridulá uocem.impressi senecæ codices habent pro aliptú alipedú corrupta dictione & sensu. Ex hac obseruantia.s.uescendi quocúq; tépore stomachus desiderasset.

Sabbatú ieiúio sacratú
Sabbatarii
Buccæ
Buccellæ
Vnctor
Aliptes
Emédatus locus senecæ

In castris apud mutinam:quádo aduersus.M.Antoniú decimú brutú mutinæ obsidétem:bellú:gerebat.

Ter bibere:lex mystica apud Ausoniú suadet aut ter aut nouies esse bibendú:qui musas amat ter ternos cyathos potat.qui uero gratiarum cultor est ut íquit Oratius tris supra bibere prohibeť:anacharsis philosophus dicere solebat uitem producere tres uuas:primá uoluptatis : secundá ebrietatis:tertiá meroris.cui simile est illud esopium δ Διόνυσος τρεῖς κεκτῆται κράσεις τὴν μὲν πρώτην ἡδονῆς τὴν δὲ δευτέραν μέθης τὴν δὲ τρίτην ὕβρεως.idest bacchus tres possedit mixtiones: primam quidem uoluptatis:secúdá autem ebrietatis:tertiam uero contumeliæ.Apuleius in floridis admonet parce & ter tantú esse bibendú sub exemplo dictu digno & memoratu:quod quadrat cú prioribus ait enim quattuor esse crateras uini:quarú prima ad sitim pertinet:secúda ad hilaritaté:tertia ad uoluptatem:quarta ad ísaniam:de uino referri põt hoc loco illud Plinianú:nihil aliud esse uiribus corporis utilius: neq; aliud uoluptatibus pniciosius: si modus absit.sobrietas decet omnes & maxime pricipem præsertimq; rebus militaribus distétum:quo tempore uoluptates corporis eliminandæ sunt ut mės acrior sit & uegetior ad munia capessenda.uinú enim curas uigoremq; animi impedit ad procinctú tendentibus. unde uice prouerbii illud cele-

Ter aut nouies bibendum
Dictú anacharsis
Quattuor crateræ

Vino ſapiẽtiam obũbrari
Lex carthagĩcẽſium

brat uino ſapiam obumbrari.hic platonica lex iubet magiſtratus quo tempore rem pub.gubernant uino abſtinere.Iidem uino interdicit omnibus gubernatoribus iudicibus conſiliariis. Idem Plato & Ariſtoteles & Euſebius & maximus medicorum Galenus laudant legem carthaginenſium. qua nullus in militia & caſtrenſibus rebus occupatus uinum ullo tempore guſtare permittiť:ſed toto militiæ tempore aquam bibere.Moyſes iubet in canonicis ſcripturis ſacerdotes ſacrificãdi tempore a uino abſtinere.Solomon quoque magiſtratus & iudices præcipit ne uino utanť.Igiť Auguſtus laudandus eſt:qui rebus bellicis incumbens ter intercenandum tantummodo bibebat:ſed quia interdum liberalior potio uigorem dat:animumque alacriorem in omnes conatus facit:ut eloquenter inquit Seneca in libro de tranquilitate uitæ eſt interdum indulgendũ largius:uino:& triſtis ſobrietas remouenda pauliſper:quod nonnunquam faciebat Auguſtus:qui ſenos ſextantes hoc eſt ſex pocula binas uini uncias continentia ebibebat. quotiens largiſſime ideſt liberalius & largioribus potionibus ſe pluſculum inuitaſſet.

M.ANTO. Duracinæ:duracinæ uuæ ĩquit Plinius ex uitibus naſcunť quæ ſine pedamento ſunt ſemper quæ paſtinatæ niti ſimilibus herbarum modo uagantibus non aliunde uua gratior calle ut ĩde poſſit inueniſſe nomen duracina quaſi duri acini. Sabbatis ieiunium ſeruat:omnes qui iudaica ſabbata & apud hunc & alios auctores interpretantur ita accipiunt : quaſi iudæi ſabbata per ieiuniũ tranſſigere ſint ſoliti: ac certe ſic eſt:ut ipſi aiunt quod ex diuinis quoq; litteris datur intelligi:uerum longe aliter q̃ uulgus opinatur:conſtat enim unum illos ſtatuum habere diem quem ſanctiſſima ſabbatorũ ſabbata appellent hunc unum per ieiunium decalciati quotannis religioſe ſeruant quum reliquis ſabbatis neq; cibo omnino abſtineant neq; nudis pedibus:ut eſt apud ſatyrum ĩcedant. Bucceas:fruſtula:buccea a bucca eſt ædulii fruſtulum quantum bucca commode capit.Mar.Buccellas quoq; pronunciauit. Largiſſime:large & profuſe ſe inuitaret.

calices ſextantes

PHI. Senos ſextantes : potorii calices a menſura dicuntur trientes quincunces deunces atque ſextãtes.Martialis.poto ego ſextantes ut potas Cina deunces: ſextans autem continet duas uncias ab eo dictus : q; ſexta

ſẽos ſextãtes nõ exceſſit:aut ſi exceſſiſſet reiiciebat:& maxime delectat᷒ ẽ rethico:neq; temeř ĩterdiu bibit.Pro potiõe ſũebat pfuſũ aq̃ frigida panẽ:aut cucũeris fruſtũ uel lactuculæ thyrſum: aut recẽs aridũue pomum ſucci uinoſioris.

Reiectare
Rheticũ uinum

pars aſſis ſit. Reiiciebat:reiectabat:quo uerbo uſus eſt ſparcianus ſic ſcribens in Antõio pio.cum caſeum alpinum in cœna ediſſet auidius nocte reiectauit. Rhetico: uinum rheticum inter generoſa Italiæ uina cenſeť:quod ut ĩquit Strabo in quarto geographiæ ĩn montanis rhetorum radicibus naſcitur : qui populi Veronã comũq; uſq; peruenerũt.uideť Virgilius gratificari uolens Auguſto ſcripſiſſe in Georgicis.Sed quo te carmine dicam rhetica nec cellis ideo contende falernis : quem uerſum recte an perperam interpretatus ſit Seruius ipſe uiderit.Ego exiſtimo Virgilium ideo celebrare ſecundo poſt falernũ loco rheticum uinum:quia id Auguſto ſciebat eſſe gratiſſimum.meminit Plinio rhetici uini Virgilianæque ſententiæ ſic ſcribens in.xiiii.ĩ ueronenſi item rhetica Phalernis tantum poſt habita a Virgilio.uinũ id maxime pbat Auicẽna:quod medium ſit iter nouum & uetus fuluo colore odoratum neq; dulce neq; auſterum.palladius in.xi.ait uinum quod croceo colore blanditur accommodatum eſſe digeſtioni:ſed ut inquit ueriſſime Plinius ſuum cuiq; placet idq; quiſq; cæteris omnibus anteponendum pronunciat: quod ſibi gratiſſimũ fuerit:unde cum Surrentinũ ueteres maxime probauerint ſequens ætas albanum aut falernum.Auguſtus palmam dabat rhetico.quando non aliud libentius potabat. Neque temere interdiu bibit:eſt ſitis a medicis recentioribus mendoſa nuncupata in qua præcipit Auicẽna non eſſe bibendũ ſed tolerantia digerendam.Auguſtus interdiu ideſt de die rarenter nec ſine cauſa bibit.quod bonæ ualitudini imprimis conducibile exiſtimať. Perfuſum frigida panem:monet celſus oẽs potiones aqua frigida includendas eſſe.at Plinius q; panis cãdidus aqua frigida madefactus cibum egris leuiſſimũ præbet. Cucumeris fruſtum: ſcribunt columella & Plinius cucumeres mira uoluptate expetitos eſſe a tiberio principe.uiuunt hauſti in ſtomacho in poſteř diem:nec conquoqui queũt.in cibis non ĩſalubres tamen plurimũ natant.ſcribiť aui cẽna ĩ ſimplicibus chymũ cucumeris eſſe malum excitantem putredinem & febres. cucumerũ græci tria genera fecerunt laconicum:ſitalicum:boeticũ:eſt & cucumis ſilueſtris:ex quo fit medicamentũ quod uocatur elaterium:eſt & Anguinus qui ab aliis erraticus dicitur.ſunt & in genere cucumeř pepones magnitudine excellentes:quos melopeponas uocant:pepones refrigerãt maxime in cibo & emoliũt aluum.non ſolum uulgus indoctum ſed etiam idonei ſcriptores melones appellant Iulius capitolinus ſcribit clodium Albinũ comediſſe melones hoſtienſes decem.cucumeres a curuore dici quaſi curuimeres autumat Marcus Varro.inde cucumerarium dicitur:locus in quo cucumeris ſati proueniunt.eſaias.Derelinqueretur filia Syon ſicut caſa in uinea & ſicut tugurium in cucumerario. illud admonendum quod Cyprianus pro tuguriũculũ:in quo cuſtos uigil obſeruat ne cucumeres auferãť ex cucumerario. Lactuculæ thyrſum: thyrſus non ſolum ſignificat telum illud baccho dicatũ.cuius mucro edera circũfuſa delitefcit: ſed thyrſum quoq; dicimus truncum caulemq; herbarum & imprimis lactucæ.Plinius ĩ.xx.thyſo & foliis ſcabricia.Item folia lactucæ toſta thyrſuſq; ex aceto bibuntur.Idem in.xix.inuentum omnes Thyrſos lactucař

Cucumeř genera
Elateriũ
melopepones
Melones
Cucumerarium

prorogare urceis côditos ac recêtes in patinis coquere.Idê quod & supra docuimus auctor est Augustû lactuca côseruatû in egritudine prudêtia musæ medici.peculiares lactucaꝵ uires sunt somnû faciêdi uenerê inhibêdi.estû refrigerâdi:stomachû purgâdi : sanguinê augêdi a luctucis cognomina Romanoꝵ procerû nata sunt:nâq; lactucinos in ualeria familia nô puduisse appellari tradût eruditi:apud Lucretiû thyrsus accipi uidet̃ pro ardore & instinctu illo uersu percussit thyrso laudis spes magna meû cor. Pomû:aridum: idest siccum.hæc enim sibi inuicem contrario posita obiiciunt̃.Recens & siccum siue aridum.cor. celsus aluû mouet ficus arida sed magis uiridis innocentiora sunt poma arida q̃ recentia.ex quo est illud satyrici poetæ.nec odoris mala recentis nec metuêda tibi:siccatû frigore postq̃ autûnum & crudi posuere pericula succi.q̃dam codices nô aridû habent sed acidum.dicit̃ enim pomû acidum a sapore.Plinius in.xv.genera saporû.xiii.reperiri autumat:inter quos est acidus:qui acerbus est sapor.hinc iocus ille apud Quintilianû de eo:qui placidus nomine quia acerbus natura erat:acidus uocabatur.pomum quodcûq; acidum uel acerbû est mali succi:ut iuquit celsus in.ii.uerbû est uetus acet:quo iurisconsulti utunt̃ &.M.Cato:qui de uino scribês ait.uinû uêdi oportet:quod atq; aceat:neq; muceat.hoc est neq; acorê habeat:neq; mucorem.

Custodiarium
Thyrsus
Vires lactucarum
Lactucinii
Aridû pomum
Recens
Acidum
Acet.

M.AN. Senos:ad mêsurâ ne an ad pôdus referas i dubiû uenire pôt:sed melius ad mêsurâ ut sit sextans mêsuræ gêus ut qncûx.Mar.Quincûces puto post decê pactos. Reiiebat:mouebat. Rhetico:Maro rhetica uina post falernû celebrat:quo iquit re carmie dicâ:Rhetica nec cellis:ideo côtêde falernis:rheti alpiû icolæ fuere hetrusca gês a rheto duce dicta:Pli.ê auctor.Mar.de eodê uino potasti testa rhetica uina mea.

Cocumeris frustû:de cucumeribus Plinius abûde multa. Lactucæ thyrsum:refrigerâtis naturæ ut cucumis lactuca est:constatq; lactucæ usu Augustum ab Antonio cognomento musa grauissimo morbo seruatum. Acidum : pomorum ut Plinius ait non unus sapor sed dulcis suauis pinguis amarus austerus acer acutus acerbus acidus.

De his quæ gerebat post cibum.



Post cibû meredianû ita ut uestito calciatusq; erat retectis pedibꝯ paulisp côquiescebat opposita ad oculos mãu.A cœna i lecticulâ se lucubratoriâ recipiebat.ibi dôec residua diurni actus.aut oîa.aut ex maxima pte côficeret ad multâ noctê pmâebat. In lectû îde trâsgressus nô amplius quû plurimû q̃.vii.horas dormiebat ac ne eas quidê côtinuas.sed ut î illo tpis spatio ter aut quater expgisceret̃.si îterruptû sônû recupare(ut euêit)nô posset lectoribus.aut fabulatoribꝯ accersitis resûebat.pducebat que ultra primâ sæpe lucê.nec î tenebris uigilauit unq̃ nisi assidête aliquo.matutia uigilia offêdbat̃ ac si ul'officii ul'sacri câ maturiꝯ uigilâdû eêt.ne id ꝯtra ꝯmodû faceret.î pxio

PHI. Vinosioris : uinosus succus auctore Plinio ꝑprie est moro piro myrto. Idem inter genera mali punici uinosa quædam appellat. quæ aluum sistunt & stomachû sit uinû ex omnibus pomoꝵ generibus.sit ex punicis quod rhoiton uocant græci.n.ῥοιά dicût malum punicum. Post cibum meredianum : ex more ueterum qui leuem facilemq; cibum a meridie sumere solebant quod & Plinius factitabat:eoq; contenti erant usq; in cœnæ tempus hinc merenda cibus ut inquit nonius dicitur post meridiem qua dictione non solum uulgariter utimur sed etiam eleganter cum latina sit.Calphurnius in bucolicis.Seræque uidebitur hora merendæ. Retectis pedibus: reuelatis nudatisque. quidam codices habent retractis: tanquam collectis côtractisque pedibus quiesceret : quo habitu interdum quiescere solemus . aliî legunt rectis quasi porrectis. officium commentatoris est ex uaria lectione uarias expromere enarrationes : ut quisque sequatur id: quod probabilius iudicabit. Paulisper conquiescebat : de die dormire malum est ut inquit Auicenna.Plautina sententia est.non bonus somnus est de prandio . Idem faciebat Seneca:qui sic scribit in decimosecundo epistolarum moralium dormio minimum : consuetudinem meam nosti. breuissimo somno utor & quasi interiungo: satis est mihi uigilare desiisse. aliquando me dormisse scio aliquando me suspicor. Lucubratoriam: ubi lucrubrare solebat . est enim lucubrare ad lucernam uigilare : quod maxime litterati facere solent & debent : unde nonnulli libros suos inscripsere . Lucubrationum : Plinius lucubrare a uulcanalibus incipiebat stupendi causa præcipit celsus non esse lucubrandum post cibum:sed post concoctionem.contra præceptû celsi portius labro decla.

Vinosus succus
Rhoitô
Merenda
Sônus meridianus
Lucubrationes rusticanæ

mator poſt coenam feræ lucubrabat. ſunt & lucubrationes ruſticanæ ueſpertina & ante lucana: q̃do ueſpe-
re & ante lucem conficiũt ĩtra uillam opera rei uillaticæ concucibilia. columella in. xii. Item ad lucubratio
Ridica nem ueſpertinam palos decem uel ridicas qnqꝫ conficere totidemqꝫ per ante lucanam lucubıationem. qd
ridicas dixit qnqꝫ cõficiendas ĩtellige pedaméta uineaꝝ: quæ eq̃rcu & iuniperio ſolét optía fieri: & ridicæ
uocanť: ſicuti docet. M. Varro in prío de re ruſtica apud Pliniũ in. xvii. mendoſa dictio eſt nam ꝓ ridicæ
legiť radice. ubi ait. pedamenda optía: quæ diximus aut radice. tu lege. ridicæ Quĩtilianus ın. xi. nobis in-
Lectica militaris gt & uigilandæ noctes & fuligo lucubrationũ bibenda & in ſudata ueſte durandũ. eſt & lectica quæ mili-
taris dr̃: qua Alexander magnus crure ictus geſtabať in militari expeditione ſicut refert. Quĩtus Curtius.
Fabulatores Diurni actus: diurnaꝝ actionũ. Interruptũ ſomnũ: ſcribit Auicẽna optimũ eſſe ſomnũ qui eſt profun-
dus & cõtinuus. Fabulatoribus: euocatis ſermocinatoribus cũ quibus iucũde fabulareť. a fabulando fa-
bulatores dicti. Seneca: pedonem albinouano narrantem audieramus. erat aũt fabulator elegãtiſſimus aut
Gellius Eſopum appellat fabulatorem. ab eodem Erodotus homo fabulator dictus: qui fabuloſa magis q̃
Vigiliæ inter mala hiſtorica ſcribit. Matutina uigilia: offendebať inter mala corporis uigiliæ ſunt pleriſqꝫ: ut inquit Plinius.
q bene cõcoxít mãe tuto ſurgere poterit: q paꝝ qeſcere debebit: & ſi mane ſurgendi neceſſitas fuerit redor
mire. auctor Cor. celſus in prío. ĩter ea quæ extenuãt corpus numerať uigilia & ſomnus nimiũ breuıs. Igi-
tur Auguſtus non libenter de mane ſurgebat: & ſi uigılandi neceſſitas fuiſſet malebat morari in cœnaculo
alicuius domeſticorũ: ne cogeretur immutare conſuetudinem: cuius immutatıo maxime noxia eſt ut do-
cet Galenus in cõmentario hippocratis de regimine acutorũ. Oratius matutina uigilia ſe quoqꝫ offendi ſo
litum deſignat ſic ſcribens in ſermonıbus. deinde eo dormitũ non ſollicitus mihi quod cras ſurgendũ ſit
mane: & mox. ad quartam iaceo. contra Iulıanus imperator euigılabat ſurgebatque ſemper nocte dımıdia-
ta. Vel officii: Iuuenalis ſi uocat officiũ turba cedẽte ueheť: eſt enim officium id quod prætermittinon
debet locis temporibus perſonis acommodatum. In proximo: quod propinquum foret loco: ın quo
officium uel ſacrum erat peragendum.

M. ANTO. Retectis: nudatus ſed retractis melius q̃ contractis: quidam codices reiectis habent non-
nulli etiam rectis. Lucubratoria: ad lucubrandum ideſt uigilandum aptam aut ad lucernam operãdum:
lucubrare enim eſt ad lucernam ſeu lumen uigilare. Reſidua: quæ agenda ſupererant. Diuini actus of-
ficii aut actus illius diei. Fabulatoribus: fabulas recitantibus. Matutina uígilia: ſi tempeſtiuius uigilare
cœpiſſet. Officii: ſi domeſticis cuiuſq̃ ſacris feriis ne aut ſponſalıbus honoris gratia eſſet interfuturus.
. Vel ſacri: quia pontifex Maximus.

PHI. Cœnaculo: dictũ eſt ſupra: quæ ſint cœnacula & qd ſit facere cœnaculariam. Indigẽs ſomni: cũ
ſomno maxime alať uis nutritiua ſæpe indulgendũ eſt ſomno: quãuis dicat Seneca: ſe nõ uacare ſomno ſed
ſuccũbere. Gradus ætatis: ſunt qd q in pueritia uenuſtı ſunt: mox adulti ſiũt ĩuenuſtiores. cõtra alii a pue
ritia minus formoſi in ætate uirili formoſioıes cõſpiciũť. Auguſtus uero ꝑ oẽs ætatis gradus uenuſtatem
formæ cuſtodiuit. Cice. in. i. de officiis uenuſtatẽ dicit eẽ muliebrẽ pulchritudinẽ: dıgnitatẽ uero uirilem.
Lenocinii: exq̃ſitioris elegãtiæ. ꝑcipit Cicero a forma uirili remouẽdũ eẽ ornatũ nõ dignũ uiro adiben-
dãqꝫ eẽ mũditiã non odioſã neqꝫ
exq̃ſitã nimis. Quĩtilianus ĩ. viii.
nõ ornaméta q̃rimus ſed lenoci-
nia. Incurioſus: negligẽs: ĩ curia
dr̃ negligẽtia. ĩdiligẽtia ue. tuſcu
lãus Cato, magna ẽ ĩqt cultus cu
Incuria Impolitia ra magna uirtutis ĩcuria. ĩpolitiæ
notabať a cẽſoribus eq̃s habens
equũ paꝝ nitidũ. id uerbũ ſigni-
ficat ut ĩterp̃tať gellius q̃ſi tu di
cas ĩcuriæ. Tõſoribus: Pli. ĩ. vii.
refert auguſtũ cultris ad radẽdũ
ſemp uſum eẽ. Eo tpe: quo erat
Vultus ſub tõſuribus. Vultu tranqllo:
uultus differt a facie: cũ uolunta
tis ſignificet affectũ: q̃ pro motu
aĩ in facie multiformis oſtendiť
uultũ ſibi fingere multi poſſunt
formã nemo uñ a uolo uultus ĩ-
clinať ut grãmatici tradiderunt.
Lucretius uulta neutro genere ꝓ
Vulta nũciauit dicẽs referẽtes uulta pa
rentum diminutiuũ eſt uulticu-
lus: quo utitur Marcus Tullius

cuiuſcũqꝫ domeſticorum cœnaculo manebat. Sic quoqꝫ ſæ
pe indigens ſomni: & dũ per uícos deportaretur & depoſita
lectica inter aliquas moras condormiebat.

De ſtatura corporis & membrorum eius:

FOrma fuit eximia & ꝑ oẽs ætatis gradus uẽuſtiſſi-
ma: q̃q̃ & oĩs lenocinii negligens: & ĩ capite comẽ-
do tã incurioſus: ut raptim cõpluribus ſimul tonſo
ribus operam daret: ac modo tõderet: modo raderet barbã
Eoqꝫ ipſo tpe aut legeret aliq̃d: aut etiã ſcriberet: uultu erat
uel in ſermõe uel tacitus adeo trãquillo ſermõeqꝫ ut quidã
e primoribus galliarũ confeſſus ſit inter ſuos eo ſe in hibitũ
ac remolitũ: quo minus (ut deſtinarat ın tranſitu alpiũ ꝑ
Marcelli pulchri duas fuisse familias claudias romae:alterã plebeiã:alterã patriciã:plebeia appellata est marcelloru:patricia uero pulchroq;. Ex regillis: Liuius & Dionysius singulari numero regillũ id oppidũ appellãt.ab eodẽ Liuio pugna graphice describit qua ad lacũ regillum iter romanos latinosq; pugnatũ est. Recens:recẽter aduerbiũ est. Consorte Romuli:haec pria tranqlli snia de auctore gẽtis claudiae a nullo historicorũ memorat cum in secundam omnes pedibus eant.Titus aũt tacius sabinoq; rex cõsors Romuli dicit:quoniã regimen imperii consociarũt unam ciuitatem ex duabus facientes:& imperiũ omne romam contulerunt & ut scribit Liuius in primo non modo commune sed concors etiã regnũ duobus regibus fuit.postea Ti-

mors tacii anio unde tus tacius lauini cũ ad solẽne sacrificiũ eo uenisset cõcursu facto interfectus est. Post reges exactos: post eiectos tarqnios. Cooptata : electa adscita. Trans anienem:fluuium tiburtinum haud longe ab urbe distantem:de quo Oratius:& praeceps anio & tiburti lucus.anieni nomẽ indidit anius rex ethruscoq;:q insequens cethegum filiae raptorem cũ eũ assequi nõ posset in fluuiũ insiliit:ibiq; extinctus ut anio uocaretur effecit.Plut.auctor i libello de cõparatiõibus claroq; hoiũ:de aniene plura in qrto,ppertii cõmẽtario.

M.AN. MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum serenissimum Venetiarum principem Paraphraseos in Tranquillum parenesis tertia.

 Atricia gens Claudia:Si talẽ se Tyberius in suae administrationis recessu praestitisset Augustinae dux inclyte qualem ab initio promiserat merito inter optimos eorum:qui post.C.Caesarem sit Romae rerum potiti haberi potuisset.sed nemo diu personam ferre potuit alienam:cito.n.ficta in suam recidunt naturam:aegre quidem frugi moderatumq; principem tantisper carnifex natura illa egit:dum p quae tutius saeuire liceret scoena cõparat.Sed ea diu male dissimulata crudelitas libido:& auaritia:tres grauissimi uitae affectus in hũani generis pnicie ex iprouiso erupe.Quae plane uita quo

minus ex ficta illius psona fuerát expectata:eo maioré oíbus gétibus stuporé íulere:nec tñ mala illa í sua tpa seuiere:sed pessimo exéplo detestabili pricipú carnificiæ fores apuerút:hinc.n.Caligulæ:Nerões:Domitiái:cõmodi:Seueri aliæq; Rõani ípii pestes exitere.Sed prícipatus tuus dux serenissime oíno ab illo diuersus:qppe q í libertatis gremio collocatus:clæmétiæ é & popularitatis pléus:núc ad tráqllú redeo:q ad plebeiæ dñam pñciá géte Claudiá dixit.Siqdé duæ fuerút Claudiæ familiæ ut Ascõius ait Marcellog; una q̃ eadé & plebeia:Pulchrog; altera pñcia. Ex regillis oppido:Dionysius regillo dixit:auctor gétis ut ipse tradidit.T.Claudius ut Publius Clausus q postea Claudius est dictus.is sub id tps quo ad regillú lacú ingétiplio ab Aulo postumio pugnatú cú numerosa clientú & amicog; manu se Romá cõtulit:qre & in urbe ad ædificádú area & ultra amené agro donatus in patricios cooptatus est. Sabinog;:sabini umbrog; finibus:tyberi:latio:& marsis íclusi.ut Troezenius zenodotus tradit ab umbris oriendi:mutatoq; cú sedibus noíe p umbris sabinos diu cõtigit:ex Sabino Sági diuí gétilis Plinius a deog; cultú Sabinos q̃si sceuinos appellatos ait. Recés cõditá:recés dixit p recéter.sic Maro:sole recés orto.Liuius & Dióysius post exactos reges eú uenisse scribút:p id tps quo ad regillú lacú aduersus latios est pugnatú anno circiter qnquagesimo supra ducétesimú ab urbe cõdita. Trás anienē:ex duobus & q̃draginta.fluminibus quæ tyberim augét nar & anio pcipui:ut Pli.sentit:orit anio in trebanog; mõtibus trisq; lacus nobiles í tyberim refert Plut.in eo ope qd πἑρι ποταμῶν scripsit paréśium olim fluuiú ipm ait appellatú mox ab anio hetruscog; rege qui se id flumé a Nusa filia pcipitauit anienem dictum:Propertius anienum secúdi declinatus protulit Papinius illis ipse antris anienis forte relicto ubi ego anienus libétius legerim.ut fit anio anié:& anienus in noiandi casu:quod si aliis accedas q̃ttuor modis recta uox uariáda é. Duo de triginta:octo & uiginti.

duas ouationes adepta é.Q uũ prænominibus cognominibusq; uariis distigueret Lucii prænomen cõsensu repudiauit:postquã e duobus gentilibus pditis eo.alter latrocinii: cædis alter cõuinctus est.Inter cognomina aũt & Neronis assumpsit:qd significatur lingua sabina fortis ac strenuus.

De gente Claudiorum & eorum gestis.

Multa multorum Claudiorum egregia merita:multa etiam secus admissa in rempublicam extant: sed ur præcipua commemorem:Appius cecus societatem cum rege Pyrrho ut parum salubrem iniri dissuasit.

PHI. Duas ouatiões:ouatio é mior triũphus:q ouabát ítroire soliti erát equo uehétes alii pedibus ígredi ouantes dicút:cú triũphátes curru uehereť.dicta ouatio nõ ab ouatiõe.i.bacchico clamore:ut qdam putauere:sed ab oue quam immolabát:cú in triũpho bos ímolareť: sicut docent eruditi:& testis est Plutarchus í marcello.Dionysius quoq; in.v. nõ pauca sciéter scribit de ouatiõis & triũphi dñia. Cú prænominibus:nemo romanus:ut aũt priscianus í prio.erat absq; pnomine:q mos ex eo tpe cœpit:quo sabinos romani adsciuere ciuitati:& ad cõfirmandá cõiunctiõem noía illog; suis noíbus pponebát.liber hõ ut docet Quintilianus in.vii.hét pnomen:nomé:cognomé.& ita nobiles romani tribus noíbus cēsebanť.sicut apud Liuiú facile est aíaduertere.ideoq; ab Ausonio dictum est Tria noía nobiliog;:hinc illud satyricú.tanq̃ habeas tria noía.i.tanq̃ sis nobilis & ingenus romãus.C.marius:Qu.sertorius &.L.múmius tertiú nomen minime habuisse traduntť mulieres quoq; erát duobus contentæ noíbus.Varro existiat simplicia noía antiqtus fuisse Italia:sicut Romulus & Remus & Faustus:neq; prænomen habuisse neq; cognomé.qdam arbitrantur romanos cõsuetudinem multiplicádog; noíum traxisse ab albanis a qbus orti sunt prænomé noí præponiť.ut caius Lucius:cognomé postponiť. Duo de triginta:sicut duo deuiginti decimus decé & octo:quasi duo desint uigíti ita duo detriginta dñr uigíti octo. Repudiauit:neqs unq̃ ex ea familia Lucius claudius appellareť. Gétilibus:claudiis gétiles ut docet Cicero in topicis & copiose explicat boetius sunt q eodé gñe orti sunt eodéq; noíe íter se sunt:ut Scipiões & cladii.& ut ait eleganter cincius gétiles mihi sunt q meo noíe appellanť. Præditis co.s.prænomine Lucii. Nerõis assumpsit.A.gellius li.xii.Nerio ingt sabinú est uerbú eoq; significať uirtus & fortitudo.Itaq; ex claudiis quos a sabinis oriúdos accepimus q erat egregia ac præstanti fortitudie nero appellatus est: sabini aũt id nerõis nomen a græcis accepisse uidenť q uincula & firmaméta membrog; νεῦρα dicút nři neruos. Secus admissa:pperam & p detrimentú rei pu.facta. Appius cecus:Appius céfor cú soléńia sacri herculani seruos publicos edocuisset luminibus captus est.auctores Liuius & Valerius.idem cú pyrrhus epirensis legatú cineá p amicitia paceq; romanog; peréda romá misisset:cúq; sñia senatus íclinaret ad pacé:q̃uis & senex & cecus esset í curiá se deferri iussit:factoq; silétio utiná ingt ad cecitatem oculog; surditas auriú accessisset.ne turpes cõsultatiões uestras audire cõpelleret:luculétaq; orone pacé societateq; cú pyrrho fieri dissuasit:sicut scribit plutarchus in pyrrho.Quærit iuriscõsultus li.iii.digestorum nunqd cecus magistratum gerere possit & extat ingt exemplú eius q gessit.Appius claudius cecus cõsiliis publicis tererat & in senatu dixit seuerissimam sñiam de pyrrhi captiuis non recipiendis.De eodem sic li.i.digestorum scriptum legimus.Appius claudius maximam iuris scientiam habuit:Appiam uiam strauit:& claudiam aquam induxit & de pyrrho in urbem non recipiendo sententiam tulit.

Ouatio uñ

prænoia

Tanq̃ héas tria noia

Gentiles

nero unde

Appius cecus

M.AN. Duas ouationes:qd triũphus ab ouatione diſtet ex Gellii auctoritate oñdimus:cæteꝶ Dionyſius decorati ſunt inqt triũphis & ſenatu utriq;:Menenius maiore & ꝓcioſiore curuli ſella uectus.Poſthumius minore & iferiore q̃ ouationẽ uocãt:& rurſus differt ait hic ab altero:primũ qdẽ qd pedes igredit̃ cum exercitu ꝑductus q ouati triũphũ ducit nec i curſu ſicut ille deide:qa nõ picta neq; aurei claui ueſte Iduit̃ nec ornat̃ trabea q peculiaris eſt cõſulũ ducũq; amictus:corõa ãt ponit̃ ei laurea:Inferior eſt altero i geſtatiõe ſeptri alias hñs oĩa hactenus.Dionyſius q omnino aliqd uidetur mihi uariare a latinis in ouationis apparatu deſcribendo.Sed ſi qs Iriam triumphi formã reqrit uideat Appianũ. Præditis eo:id ꝑnomẽ hñtibus. Extãt:apparẽt. Appius cæcus:huius eſt uox illa quã poſtea Ennius ẽ carmine cõplexus.Quo uobis mẽtes recte q̇ ſtare ſolebãt añ ac demẽti ſeſe flexere ruina. Diſſuaſit:imo ꝑſuaſit ne fierẽt:ut Cicero in Catone maiore meminit.

Claudius Caudex primus freto claſſe trãſiecto pœnos ſicilia expulit. Tiberius Nero aduenientẽ ex hiſpania cum ingentibus copiis Aſdrubalem priuſquã Hannibali fratri cõiungeret̃ oppreſſit.Contra Claudius Appius regillanus decemuir legibus ſcribẽdis uirginẽ ingenuam ꝑ uim libidinis gr̃a in ſeruitutem aſſerere conatus:cauſa fuit plebi ſecedẽdi rurſum a pr̃ibus.Claudius Druſus ſtatua ſibi cũ diademate

PHI. Claudius caudex: ſcri. Gellius li.xvi.bellũ aduerſos pœnos primũ ceptũ eẽ Appio claudio:cui cognomẽtũ caudex fuit appii illius cæci fr̃e.& Marco fuluio cõſulibus.Seneca in libro de breuitate uitæ auctor ẽ hũc primũ ꝑſuaſiſſe romanis nauẽ cõſcẽdere:uñ caudex ob hoc ipm appellatus eſt :qa pluriũ tabularũ

caudex uñ

cõtextus caudex apud antiquos uocatur.unde tabulæ codices dñr:& naues quæ cõmeatũ ſubuehũt caudicariæ noiantur:quas & codicarias appellamus:quẽadmodũ Appius hic caudex traiecto freto meſanã puenerit:hieronem ſyracuſanoꝶ regem ſupauerit:carthaginẽſes ꝑdiderit luculẽter narrat Polybius li.i.hiſtoriaꝶ. Freto:anguſtias maris fretũ appellãt a ſimilitudine feruẽtis aq dictũ ut iterpretat̃ Varro.fretũ autẽ de quo loqtur tranqllus ſiciliam diſtermiat ab Italia unda tam anguſta:ut latratus canũ & cantus uolucrũ trãſmittere dicat̃ a filio. Tyberius nero:refert Liuius libro.xxvii.Claudium neronem celeritate icredibili uſum relictis caſtris quæ prope caſtra Hãnibalis habebat.ad ſenegalliam cũ expeditis militibus properaſſe ibiq; iũctis cũ collega Liuio ſalinatore copiis ad metauꝶ flumẽ cũ Aſdrubale Hãnibalis fratre conflixiſſe: in qua pugna qnquagita ſex milia pœnoꝶ ceſa ſũt.Aſdrubal ne ſupereſſet tanto exercitui concitato equo ſe icohortem romanam imiſit.ibi ut patre Amilcare & fratre Hãnibale dignũ erat pugnans cecidit.M.Liuius ſalinator quoniam in eius prouincia tanta res geſta eſſe:quadrigis urbem triumphali habitu introiuit militibus ſequentibus.Claudius uero nero equo ſine militibus iuectus eſt ita cõſociatus eſt triumphus: ut gloria omnis pœnes Claudium neronem eſſe:cuius icredibilem ad hoc.negocium ꝑagendũ celeritatem ſic laudat filius in.xv.punicorum & penna & fulmine & undis hibernis & achamenio uelocior arcu euolat. Contra:exempla hæc quæ ſequunt̃ ſunt eoꝶ:q in re publica romana detrimentoſi:dedecoriſq; fuerunt.

caudicariæ naues

Fretum

Regilanus:cognomẽtum hoc deductũ uidet̃ a regillo ſabinoꝶ oppido:unde orta eſt gens claudia. Decemuir:Põponius iuriſconſultus de hoc ſic ait.Appius claudius unus ex decemuiris:cuius maximũ conſilium in duodecim tabulis ſcribendis fuit. Refert:Liuius li.iii.Regimen totius magiſtratus decẽuirũ pœnes Appiũ fuiſſe fauore plebis:q dum uirginiam lucii uirginii centurionis filiam amore amens nec precio nec illa alia re corrũpere poſſet.M.claudio.clienti negocium dedit:ut uirgiem in ſeruitutem aſſereret.hic contentiones exortæ hinc uirginius patre caſtris Romam reuocatus cum aliter libidini impotẽtiæq; decẽuiri reſiſti non poſſet arepto cultro de taberna lanionis filiam trãſfigit:hic facta populi ſeceſſione decemuiri abdicant ſe magiſtratu. Appius ipſe in carcerem coniectus quod domiciliũ plebis romanæ appellare ſolebat mortem ſibi conſciuit. In ſeruitutẽ aſſerere:multa ſunt uerba media & ancipitia:quæ utroq; uerſum dici poſſunt:iter quæ eſt aſſerere:quod commune eſt libertati & ſeruituti.dicimus.n.aſſerere uindicare tam in ſeruitutem q̃ in libertatem:unde & aſſertores dicti ancipiti uocabulo:tam hi q uindicant in ſeruitutem:q̃ q i libertatẽ de aſſertoribus libertatis plurifariam eſt exempla reperire de aſſertore ſeruitutis qa ifrequens eſt:exemplum liuianũ adhibebo.Namq; ſcribens hanc hiſtoriam ait in tertio:Claudio clienti negocium dat:ut uirginem in ſeruitutem aſſereret & inibi.an a ui tuta erat:cũ aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata ait ſe iure craſſari nõ ui.& mox Paulo cũ repelleret̃ aſſertor uirginis a globo mulieꝶ:ubi aſſertor ſignificat̃ ille cliens decemuiri:q uirginiam aſſerere uolebat in ſeruitutem. Secedendi rurſum:qa prima ſeceſſio facta eſt:quando plebs romana cũ ob æs alienũ quottidie necteret̃.Cũq; nexi creditoribus traderent̃:Sicinio auctore i ſacrũ montem a pr̃ibus ſeceſſit trans anienem fluuiũ tria ab urbe milia paſſuũ, piſo auctor eſt in auentinũ ſeceſſionem eã factam:ſiue autẽ in ſarũ ſiue i auentinũ ſeceſſio illa facta ſit:hoc conſtat plebem non prius patribus eſſe reconciliatam:q̃ obtinuerit ut tribuni crearent̃:q eſſent plebei magiſtratus ſacroſancti. Statua:cũ diademate.Romanis nihil tam deteſtabile taq; iuiſum erat q̃ regiũ nomẽ regũq; iſignia q̃le eſt diadema de quo ſatis multa in Iulio Cæſare.unde druſus uel hoc ſolo facinore male meritus eſt de romana libertate cũ ſibi ſtatuã cum diademate tanq̃ regi poſuiſſet.

Aſſerere

Aſſertores

M.AN. Claudius caudex:huius ductu Roma:primũ freto ſiculo ſuperato mamertinis opem tulere ré

pestinoq; eorum accessu carthaginensiũ psidium ex mamertinoꝝ arce est deiectũ. Polybius est auctor. Anneus Seneca cognomẽ ait illi fcm: qa codex sit tabulaꝝ cõgeries siue cõpactio isq; primus in naues conscendere romanis osndisset. Claudius: nero: q ad metauꝝ flu. Asdrubalẽ uicit. Liuius & Plut. sũt auctores. Appius regillãus: de nefario Claudii decẽuiri amore deq; uirginiæ cede & plebis secessiõe Liuius locupletissimus ẽ auctor. Claudio drusus: drusus i ea fãilia prius druso hostiũ duce cominus trucidato ẽ cognoiatꝰ. PHI. Ad appii foꝝ. Oppidum est in latio: cuius meminit Oratius in primo sermonum. Inde foꝝ appii differtum nautis cauponibus atq; malignis. Plinius in tertio i enumeratõe latii populoꝝ meminit foro appii. Ideo autẽ drusus húc potissimũ locũ delegisse uidetur ad res nouas moliẽdas: qm erat in cliẽtella claudiæ gẽtis & ab Appio q illic foꝝ egerat nomẽ acceperat: sicut foꝝ cornelii foꝝ Liuii: & id genus alia nuncupanꝰ. Pulcher: supra docuimus duas fuisse familias claudias: quaꝝ patricia appellata est pulchroꝝ: unde & hic pulcher noiatus: sicut & ille dictus: est clodius pulcher: q fuit Ciceronis inimicissimus. hinc illud Foꝝ appii

ad appii forũ posita Italiam per clientellas occupare tentauit. Claudius pulcher apud Siciliã non pascẽtibus in auspicando pullis: ac per contemptũ religiõis mari demersis q̃si biberent quando esse nollent: ṗlium nauale iniit: superatusq; quum dictatorem dicere a senatu iuberetur: uelut iterũ illudẽs discrimini publico Iliciam uiatorem suum dixit. Extant & fœminaꝝ exempla diuersa ęque siquidem gẽtis eiusdem utraq; Claudia fuit: & quę nauem cũ sacris matris deũ

mordaciter & salse a Cicerõe dictũ i epistolis ad atticũ. Sed hæc præsidii apud pudorẽ pulchelli nõ habet satis. ubi noĩe pulchelli diminutiuo Clodius taxatur. Nõ pascentibus: in auspicatum diraq; portẽdens existimabatur: si pullus gallinaceus in auspicio offa obiecta pascere recusasset: uñ filio iter prodigia quæ cladẽ flaminio denũciabãt hoc quoq; ponit q ales præscia luctus dam nauit uesci plãtuq; alimẽta refugit. E cõtrario cũ pulli pascuntur fœlix est auspiciũ. id uero fœlicissimũ credebatur: quando ex offa quam pullus inuasit aliqd ex ore eius cecidit: quod qa terrã pauiebat hoc est feriebat: terripauũ primo post terripudiũ dictũ: est idq; tripudium solistimũ appellatur quod auspiciũ cũ a pullario nunciabatur egregiũ existimabatur. Pullarius aũt q auspicium nunciat eiq; rei præest ex eo noiatur: q pullos in cauea affert. de tripudio solistimo: quod erat fœlix & egregiũ auspicium: scribũt Cicero in libris de diuinatione & Liuius. x. ab urbe condita. hinc est illud Plinianũ in. x. in capite de gallis gallinaceis. hoꝝ inqt sũt tripudia solistima: q magistratus nostros quottidie regũt domusq; ipsas aut claudũt: aut reserant. hi fasces romanos impellũt aut retinẽt iubẽt acies aut prohibẽt. Esse nollent: comesse & cibũ capere. ab edo es est deriuatur. Martialis in cœlo Romulus esse solet procomesse siue ut uulgo dr̃ comedere. socrates auctore gellio dicebat se esse & bibere ut uiueret. de hoc Appio Liuius. Claudius pulcher cõtra auspicia profectus iussit mergi pullos: q pasci negabant: ifœliciter aduersus carthaginẽses classe pugnauit: & reuocatus a senatu iussusq; dictatorẽ dicere Caium glauciã dixit sortis ultimæ hominem: qui coactus abdicare se magistratu postea ludos prætextatus spectauit. de eodem Cicero in scdo de natura deoꝝ hæc refert. Nihil nos. p. clodii bello pũico. p. temeritas mouebit: q etiam per iocum deos irridẽs cũ cauea liberati pulli nõ pascerenꝰ mergi eos in aquã iussit. ut biberent quoniã esse nollent: q risus classe deuicta multas ipsi lachrymas magnã reipublice cladẽ attulit. hunc a populo ob eam cladẽ condemnatũ esse testis est idem Cicero. sed Valerius libro octauo dictorum factorumq; memorabilium scribit hunc Appium claudium post amissam hãc pulcherrimam classem fuisse quidem populo infesto obiectum: & cum nullo modo crederetur effugere posse meritã poenã: tamen euasisse: cũ subitarius hymber cohortus esset: cuius beneficio tutus fuit a dãnatione. Ita. n. maritima tempestas causæ dictionẽ contraxerat: cælestis salutem attulit. Viatorem: ministrũ. nã q senatores ex agris accersebant uiatores dicti: auctores Cicero & Plinius. Matris deũ ideæ: cybele mater deoꝝ idea dicitꝰ ab ida: qui mons est & cretensis & phrygius: & utroq; loco cerimoniæ cybeles celebrabanꝰ. scribit Strabo deorum matrẽ a locis uocari ideam dyndimenã pessimuntiã & cybelem: cuius ministros curetas uocant & corybantas. historia autẽ claudiæ uirginis nota est monumentis historicorũ & poetaꝝ: de qua sic inquit Hieronymus libro primo contra Iouinianũ. Claudia uirgo uestalis cũ in suspitionem uenisset stupri: & simulachrum matris ideæ in uado tyberiis hereret ad cõprobandam pudicitiã suam fertur cingulo duxisse nauem: quã multa milia hominũ trahere nequiuerant. melius autem inquit Lucani poetæ patruus cum illa esset actum si hocquod euenit ornamentũ potius exploratæ fuisset pudicitiæ: q̃ dubiæ patrociniũ. Apud siliũ in ultimo punicorũ claudia cybelem comprecatur his uersibus. Celicolum genitrix numen quod numina nobis cuncta creas: cuius proles terrãq; fretumq; sideraq; & manes regnoꝝ sorte gubernant: si nostrũ nullo uiolatum est crimine corpus testis diua ueni: & facillime absolue carina: Tum secura capit funem. & mox fertur proni ratis uentos impellere credas. Tertulianus in apologetico autũat non ope pudicitiæ sed fallacia spirituali fuisse nauem a claudia cingulo promotam.

Tripudiũ solistimũ pullarius

eẽ ab edo

Viator idea mr

claudia uestalis

M. AN. Ad foꝝ appii: Horatius aricia digressum se foꝝ Appii uenisse ait: ide foꝝ appii differtũ nautis cauponibus atq; malignis. Plinius: Fregellani forappii forentani gabini quibus datur intelligi id oppidum

in latio fuiſſe. Cũ diademate:quod regiũ fuiſſe inſigne oſtẽdimus Claudius pulcher is ut Polybius prodidit ad drepanũ in ſicilia tres & nonaginta naues amiſit:& qa cõtra auſpicia pugnaſſet Romã reuocatus multis eſt cõtumeliis affectus:Demũ in iudicio ut idẽ auctor ait cõcidit. Liuius poſt cladẽ illã ludos ꝑtextatũ ſpectaſſe ꝑdidit. Nõ paſcẽtibus:paſci nolẽtibus nã eſſe tripudiũ ex uaniſſimo illo auſpicãdi iſtituto lætitiã & fœlicitatẽ portẽdebat:qđ illis ex cibo abſtinẽtibus fieri nõ poterat. Illiciã uiatorẽ:ſic habẽt plura exẽplaria:ut ab eo uideri poſſit factũ qđ uiatores in licium dicebanť uocare populũ:quũ illũ ad concionẽ uocabãt:ſed Liuius.C.Glancia ait ab eo dictatorẽ dictũ. Et q̃ nauẽ:de mſis deũ naui q̃ Tyberio uado hæſerat a Claudia ueſtali aduerſo Tyberi tracta Valerii & Ouidii aliorũq; teſtimõiũ extat locupletiſſimũ:

ideæ obhærentem tyberino uado extraxit. præcata ꝑpalã ut ita demũ ſeqreť :ſi ſibi pudicitia conſtaret. Et q̃ nouo more iudicium maieſtatis apud populũ mulier ſubiit:quod in cõferta multitudine ægre ꝑcedẽte:carpẽto palã optauerit: ut frater ſuus pulcher reuiuiſceret atq; iteꝝ claſſem amitteret. quo mĩor turba romæ foret. Præterea notiſſimũ ẽ claudios oẽs excepto dũtaxat. P. Clodio:qui ob expellendum urbe Ciceronem plebeio hoĩ atq; etiam natu minori in adoꝑtionẽ ſe dedit:optimates aſſertoreſq; unicos dignitatis ac potẽtiæ ꝑricioꝝ ſꝑ fuiſſe atq; aduerſus plebẽ adeo uiolẽtos & ɔtumaces:ut ne capitis qdẽ qſq̃ reus apud populũ mutaꝛ́ ueſtẽ:aut deꝑcari ſuſtiuerit:nõnulli ĩ altercatiõe & iurgio

PHI. Et q̃ nouo more:Claudia Appii ceci filia a ludis: quos ſpectauerat exiens turba undiq; confluẽtis populi uexata eſt:unde egreſſa cũ ſe male habitam diceret utinã inqt reuiuiſcat Pu. Claudius frater meus q nauali ꝑlio claſſem nauiũ cũ ingẽti nũero ciuiũ ꝑdiderat:aliãq; claſſem in ſiciliã ducat:atq; iſtã multitudinẽ ꝑditũ eat:q̃ me male nunc miſerã uexauit.ob hæc mulieris uerba tã improba ac tã inciuilia ediles plebei mulctam dixerũt ei æris grauis.xxv.milia.lõ autẽ dicit trãqllo eã ſubiiſſe iudiciũ maieſtatis:qm̃ uerbis in ciuilibus & petulãnbus minuerat maieſtatẽ po.ro.maieſtatẽ aũt minuere eſt ut docet Cicero in.ii.rhetoricoꝝ de dignitate aut amplitudine aut ꝑtãte populi romani aliqd derogare.nouo aũt more dixit:qa fœminæ nõ ſolent maieſtatis ſubire iudiciũ:nec foꝛenſes actiões fœmineo ſexui cõueniũt.legimus tñ ameſiã & affraniam & calphurniã ingetaſſe tribũal prætoris. Egre:difficulter. Carpẽto:currui.ſunt aũt carpẽta uehicula:quæ a carmẽ te euãdri matre dici opinatur Ouidius in.i.faſtoꝝ.ſcribit Liuius in.v.matronis cõceſſum eſſe ut plauſtro ad ſacra ludoſq;:carpẽtis feſto profeſtoq; die uterenť galli ex carpẽtis ſoliti ſunt depugnare.olim ſcipio naſica boiis deuictis in triũpho trãſuexit ſpolia gallicis carpẽtis. Pulcher:ex familia pulchroꝝ q̃ erat patricia:ſignificat aũt claudium illũ pulchrũ q apud ſiciliã ut ante dictũ eſt nauali ꝑlio fuit ſuꝑatus. Plebeio hoĩ:Caio fonteio. Natu minori:Scribit modeſtinus iuriſcõſultus ſicuti in titulo de adoptiõibus relatũ eſt:eũ q adoptat arrogatue maiorẽ eſſe debere eo:quẽ ſibi ꝑ arrogationẽ uel ꝑ adoptionẽ filiũ facit:& utiq; plene pubertatis in.x.& octo annis ꝑcedere debet & ut libro prio inſtitutionũ elegãter ſcribiť.minor natu adoptare nõ debet.adoptio enim naturã imitať:& ꝑ mõſtro eſt:ut maior ſit filius q̃ pater. Vnde Cicero ĩ orõne ꝑ domo ſua ad pontifices:accuſat nõ minus uere q̃ luculẽte.pu.clodiũ:quod ius adoptiõis polluerit:cũ ſe in adoptionẽ dederit fonteio:q annos.xx.uix natus erat.factuſq; ſit eius filius cõtra fas:cuius ꝑ ætatẽ pater eẽ potuerit.ideo aũt P.clodius plebeius fieri ꝑ adoptionẽ uoluit:ut tribunus plebis fieri poſſet:quẽ magiſtratũ nulli patricio ꝑ legẽ capere licebat. Aduerſus plebem adeo uiolẽtos:Docet liuius pluribus in locis:quemadmodũ familia claudia ſemꝑ certaminibus plebeis tribuniciiſq; cõtentiõibus peculiariter fuerit occupata pro patriciorũ dignitate tutanda.unde in.ix.ab urbe cõdita ſic ait.ꝑmulti iã anni erãt cũ ĩter patricios magiſtratus tribunoſq; certamina fuerãt:cũ ex ea familia quæ fatalis cũ tribunis ac plebe erat certamẽ oritur:idẽ in.ii.& in.v.tradit appios claudios fuiſſe auctores diſſoluendæ poteſtatis tribũitiæ ꝑ collegaꝝ ĩterceſſionẽ. Capitis reus:Docet liuius ĩ.ii.quẽdã Appiũ claudiũ reũ ad iudiciũ populi uocatũ eſſe:q plenus iraꝝ & ſuaꝝ & paternaꝝ tribunos plebis.& plebẽ ſuũq; iudiciũ pro nihilo habebat.illũ nõ minæ plebis nõ ſenatus preces ꝑpellere unq̃ potuere:ut ueſtẽ mutaret:aut ſupplex prachẽſaret hoĩes:Senatores uero ꝑ nullo æque annixi ſunt q̃ ꝑ hoc Appio q ꝑpugnator ſenatus maieſtatiſq; uindex ad omnes tribunitios plebeioſq; tumultus fuerat oppoſitus.hic morbo mortuus eſt anteq̃ ꝑdicta iudicii dies ueniret. In altercatiõe:ualet inquit Quintilianus in altercatiõe acumẽ:nec clamoſus eſſe debet altercator:nec uitio iracũdiæ obnoxius.

M.AN. Nouo more:quia eius ſexus nulla ad id tp̃s maieſtatis fuiſſet auerſita. Iteꝝ claſſem amitteret: diꝝ uotũ & execrabile:ac dignum quod populus omnibus ſuffragiis multaret. Natu minori:quod raro alioqn fuerat ꝑmiſſum:ne cuiq̃ fraus fieret id Gellius docet:Cicero in ea orõne quã habuit ad põtifices factus es inqt filius cõtra fas cuius ꝑ ætatem pater eſſe potuiſti:& rurſus adoptauit natus.xx.annos quo iure: quo more:quo exemplo.P.Fonteio plebeio hoĩ ſe in adoptionẽ clodius dedit:ut plebeius factus:tribunus plebis fieret:nam patricii ſanguinis uiris is magiſtratus nõ dabať.Idem Cicero Fonteius es inqt neq; patris hæres neq; amiſſis ſacris ꝑñis in hæc adoptiua ueniſti.De intempeſtiua adoptione idem ſexta inquit dei

Inciuilia claudiæ uerba

Minuere maieſtatẽ

Carpenta

adoptio naturam imitatur

hora quæstus sum ī iudicio quū.C.Ant.collegam meum defenderē quædā de repu.quæ uisa sunt mihi ad illius miseri cām ptinere:hæc hoīes improbi ad quosdā uiros fortes aliter q̄ a me dicta erant detulerūt:hora nona illo ipso die tu es adoptatus.Si quod in cæteris legibus trinundinū esse oportet:id in adoptione satis est trium horaꝝ repræhendo:Sed ego hæc de Clodio eo libētius hoc loco,plixī rettuli qa in Cæsare dictatore de eius adoptiōe ieiune nimis dixeramus. Mutare uestē aut deprecari:Liuius præterq̄ qd neq; uestē mutauit neq; quieq̄ & ex ea cōsueta asperitate orationis remisit adeo contumaci uultu ad iudicium uenit:ut pars magna plebis nō minus illū reum timeret q̄ cōsulem timuisset. Nōnulli:de eodē puto Appio diu q in lectoriū Agrariæ legis auctorem p conciōe inuectus ingentem certaminis exciuit procellam.

tribunos plebis pulsauerint:Etiam uirgo uestalis fratrē in iussu populi triūphātē:ascēso simul curru usq; in capitoliū ,psecuta est:ne uetare aut intercedere fas cuiq̄ tribūoꝝ eēt.

De qua stirpe Tiberius genus traxit.

EX hac stirpe Tiberius Cæsar genus trahit:& qdē utrunq; paternum a Tiberio Nerone:maternum ab Appio pulchro:q ambo appii cæci filii fuerunt insertus est & Liuiorum familiæ adoptato in eam materno auo quæ familia quanquam plebeia tamē & ipsa admodū floruit octo consulatibus:censuris duabus:triumphis tribus:dictatura etiam ac magisterio equitum honorata:clara & insignibus uiris ac maxime salinatore Drusisq;.Salinator uniuersas tribus in censura notauit leuitatis nomine. Q.d'quum se post priorem cōsulatum multa irrogata condemnassent consulem:iterum censoremq; fecissent:Drusus

PHI. Tribūos pulsauerint:ueteres lege lata iuiolatos tribūos fecerūt & ut sacrosancti hērent sanciendo ut q tribūo plebis nocuisset:eius caput ioui sacꝝ esset familia ad ædē cereris uenū iret. — sacrosancti tribuni

Liuius auctor in tertio ab origie urbis.Quāuis tri.eēnt sacrosancti & iuiolabiles:tamē appii claudii legibus calcatis spretisq; cerimoniis sæpe eos pulsauerūt ī altercatiōibus pœnā flocci pendētes:q̄ uiolator tribūoꝝ sit sacer. Is.n.homo sacer dr̄:quē populus iudicauit ob maleficiū:& qui eū occidit parricidii nō damnatur. — hō sacer

Nā lege tribunitia prima cauet̄ si qs eū q sacer sit occiderit parricida ne sit.sacrosanctū aūt dicitur quod iureiurādo interposito est īstitutū:si qs id uiolasset ut morte pœnas pēderet.igit̄ cū tribūi sint sacrosācti debet morte pœnas pēdere si qs eos uiolauerit pulsaueritue. Inter pulsationē uero & uerberationē hoc īterest:ut offilius scribit uerberare est cū dolore cedere pulsare sine dolore.Sed an hæc sit dr̄ia rata uiderit iurisconsulti.Sæpe pulsare refert̄ ad infamiā:ut apud firmicū maternū īfamia pulsabit̄.Et apud maronem pulsāt p infamar positū est.Quod aūt altercationes & iurgia īter tribūnos fuerint & appios testis est Liuius q ait a letorio tribuno missum esse uiatorē ad cōsulē appiū.& ab appio lictorē ad tribunū:qua rixa uiolatus esset tribunus:nisi contio oīs cohorta esset p tribuno.Idē tradit genutiū tribunū plebis domi īuentum fuisse mortuum:cuius necis auctores fuere iūiores patriciorū:& in primis opinor appii:qui plebem plebeiosq; tribunos genuino odio odisse pdunt̄. Fratrem:ualerius li.v.capite de pietate erga parētes nō fratrem sed patrē claudiæ uestalis uirginis fuisse scribit quē cū tribunus plebis triumphātem e curru triūphali detrahere uellet mira celeritate utrisq; interporēdo se claudia amplissimā tribuni potestatem depulit.igit̄ alteꝝ triūphū pater in capitolium alteꝝ filia in ædem uestæ ducit. Intercedere ītercessio ppria tri.est.q ut scribūt historici magis ad impediendū q̄ ad agēdū creati sunt. Insertus:qui adoptant̄ non nasci in ea familia dr̄ sed inseri:sicut per īsitionem arbores in aliēa sede inferunt̄.Papinius trāsertos ramos appellat p īsitionem trāslatos in aliena arborem & robur. Liuiorū familiæ:hāc familiam fuisse splēdidā & honoratā exēpla testant̄:& signat Valerius maximus scribēs seriem imaginū illustriū fuisse in ea gente.& inibi docet tyberium pricipem deductū fuisse atq; oriūdū e familia liuia & claudia cum ait in capite de cēsoria nota,a claudio nerone & liuio salinatore cēsoribus fluxisse salutarē principē suū significās tyberiū. Censuris duabus:qa in ea fuerūt duo cēsores uel q unus bis cēsurā gessit. Magisterio equitum:quia magistri equitū in ea familia fuerūt:qui secūdam post dictatorem potestatem gerebāt. Salinator uniuersas tribus:refert Liuius lib.xxix.cognomē inditum fuisse salinatori liuio pp uectigal:qd nouū ex salaria annona cōmentus est in cēsura.hic po.ro.oēm.iiii.& xxx.tribus ærarios reliquit:quod se & innocētē cōdemnassent & condemnatum cōsulem cēsoremq; fecissent:neq; inficiari possent aut iudicio semel accomitiis bis peccatum esset.unicam tātum tribunum noie metiam excepit.quæ se nec cōdemnasset:neq; cōdemnatum aut cēsorem aut cōsulem fecisset.lege ualerium in capite de censoria nota & Liuiū in xxx.de districta liuii salinatoris cēsura copiose eloquēterq; scribētes. — Pulsatio uerberatio; saliator uñ

Mulcta irrogata mos sermonum is est.ut ita loquamur mulctam dixit:& mulcta dicta est:multam irrogauit:& mulcta irrogata est:quod significat mulctare & mulctam imponere damnato quasi per rogationem ad populum.M.Cato aliter dixit in originibus:cum ait imperator noster si quis extraordinem depugnatum iuit ei mulctam facit.a mulcta æs mulctatitium dictum quod ex multa irrogata exigi solet. — mulcta dicta irrogata; mlctatitiū

M.AN. Virgo uestalis:Claudia. Insertus:immixtus interiectus. Valerius de discordia Liuii saliatoris

& Claudii Neronis cēſura ſcribēs:ſi qs inqt cæleſtium ſignificaſſet futuᵹ ut eoᵹ ſanguis illuſtrium imagi num ſerie deductus in ortum ſalutaris pricipis noſtri cōflueret. Octo cōſulatibus:octo ex ea familia con ſulibus. Duabus cēſuris:duobus cēſoribus:ſic reliqui honores ad illos q functi ſūt referant. Salinatore: Liuio ſalinatoris cognomēto prædito:is ex ſalaria ānona uectigal ſtatuit in cēſura quam cum Claudio geſ ſit unde illi cognomē iditum:liuius & in precio ſalis oneratas tribus quaᵹ opa damnatus erat.credebant īde ſalinatori liuio īditū cognomē in hūc quoq̧ extat iocus ille Fabii maximi in catone maiore.a.m.tullio quū gloriaret̃ Fabiū maximū ſua opa. Tarētū receſſiſſe certe inqt ille ſic hēt.nā niſi tu prius miſiſſes nul lo mō recepiſſem. Vniuerſas tribus:liuius quoq̧ oēs ait p̄ter unā metiam:ſunt q & addāt etiam neq̧ eum cōdemnaſſet:neq̧ damnatum poſtea creaſſet cōſulem:quo noie tribus reliquæ ab eo notatæ ſunt.

hoſtium duce Druſo cominus trucidato ſibi:poſteriſq̧ ſuis cognomē inuenit. Tradit̃ etiam ꝑ prætore ex ꝓuincia gallia retuliſſe auᵹ Senonibus olim in obſidione capitolii datum:nec(ut fama eſt)extortū a Camillo. Eius abnepos ob eximiam aduerſus gracchos operā patronus ſenatus dictus filium reliquit:quem in ſimili diſſenſione multa uarie mollientem diuerſa factio per fraudem interemit.

De patre Tiberii.



PAter uero Tiberii quæſtor Cai Cæſaris Alexandrino bello claſſi oppoſitus plurimum ad uictoriā contulit. Quare & pontifex in locum Publii

PHI. Duce hoſtiū:germāoᵹ: uel ut alii galloᵹ:ē.n.druſus barbaricū nomē:nec eius hiſtoria ſatis nota. Proprætore: ſicut dicimus procōſule itidem dicimus proprætore : quaſi loco p̄toris: ut inqt marcianus capella:q ꝓcōſule finiūt.e.lr̃a in noīatiuo naturam ꝓpoſitiōis ītuent̃. pro: qppe ablatiuo tantū ꝑfert̃.ſed dici tamen pōt ꝓcōſul & ꝓprætor non duabus uocibus: ſed compoſito noīe ut procurator. Cognomē īuenit:ut liuii Druſi cognominarent̃.

Senones Auᵹ ſenonibus datū:ſenones populi ſunt galliæ notiſſimi utpote q olim urbem romā īcenderūt & arcem capitoliūq̧ obſiderunt.poſtea īter pu.ſulpitiū tri.militū & brēnū regulū galloᵹ colloquio trāſacta pactio eſt:& mille pūdo auri ꝓcium po.ro.factum.addidit liuius pōdera ab gallis iniqua allata fuiſſe:ſulpitio tribuno romano recuſante aditū ab īſolente gallo ponderi gladiū:de quo loqtur ſilius.īſan

Enſis additus pōderi di ſenones penſaniq̧ īprobus auri arbiter enſis adeſt.cæteᵹ prius q̄ omne auᵹ p altercanionē eēt appēſum īteruenit dictator camillus:q auferri auᵹ de medio iuſſit:galloſq̧ tantus cede ꝓfligauit ut ne nūcius qdē cladis relictus ſit.id bellū ab eruditis ſenonicū noiat̃.Pli.li.xxxiii.tradit a pleriſq̧ exiſtiari nō mille ſed duo millia pūdo auri collata fuiſſe i ea galloᵹ pactōe:qm̄ a camillo tondē cōdita fuerūt:ſub ſolio Iouis capitolini.ſed ut ipſe ait id auᵹ qđ acceſſit fuit ex præda galloᵹ.omittēdū nō eſt id qđ tradit uerrius:q ait ſeno

Senōes unđ nas gallos exiſtiari ex eo appellari:qa noui uenerūt ex trāſalpīa gallia qſi cœnonas lr̃a īmutata.καινοσ enī græce nouus dr̃ & καινοτισ nouitas.obiter annotādū q i pēſione auri cū a gallo īſolēter additus fuiſſet ſicut iam diximus iniquo pōderi gladius:adiecta quoq̧ uox eſt ītoleranda romanis.dixit.n.gallus per īſo

uęh uictis lentiam uęh.uictis:qđ poſtea uenit in ꝓuerbiū:qđ & Plautus uſurpat adiiciēdū.qđ minus protritū eſt.ſuriū.ſ.camillū cū poſtea īſidiis circūuentos gallos cōcideret.& illi quærerent̃ cōtra fœdus id fieri.retorquaſſe ipſum gallū eadem uoce:ut & ipſe diceret:uęh uictis.

Abnepos Eius abnepos:quarto gradu affinitatis ſunt abnepos & abneptis īfra:ſicur abauus & abauia ſunt ſupra. Patronus ſenatus:de hoc druſo loq ur̃ Cicero in primo de oratore ſcribēs druſi tribūatū ꝑ ſenatus auctoritatē fuiſſe ſuſceptū:qđ & de filio dici haud abſurde poſſet:q ut ſcribūt hiſtorici nō modo tribūatus uiribus ſed ipſius etiam ſenatus auctoritate tātū cōflauit īcendiū ut nec prima illius flamma poſſet ſuſtineri ſubitaq̧ morte correptus hæreditariū ī poſteros ſuos bellū ꝓpagaret.ſed ſeditionū oīum cā primordiūq̧ fuerūt Tyberius & caius gracchi.q legibus agrariis auram popularē aucupabant̃ qbus īterfectis non defuerūt:q gracchanas leges aſſerere conarent̃.īter quos extitit druſus filius lōge a patre diſſimilis.nā cū ille aduerſus gracchos operam eximiam ſenatui ꝓſtitiſſet: hic gracchanis legibus plebem ab ſe trahere tentauit:nullo largitionis genere omiſſo.extat uox ipſius ꝓfi

Vox druſi tētis nihil ſe ad largitiōem ulli religſſe præter cœlū & cœnū.hic rebus in urbe romana temere cōcitatis domum ſe recipiēs immiſſo īter turbam percuſſore corruit & ita extinctus eſt ſcribit Appianus li.i.bellorum ciuiliū cū in deambulatorio obſcuro ius diceret ſub horam ueſꝑtinam percuſſum cōcidiſſe:repertūq̧ ſutoris cultrū in femore īfixum.auctor cœdis ignoratur.de hoc ſeneca in libro de breuitate uitæ ſic ſcribit.li

Nec puero quidem uius druſus uir acer & uæhemēs cū leges nouas & mala gracchana mouiſſet ſtipatus īgēti totius Italiæ cœtu.exitum rerum non prouidēs execratus ingetam a primordio uitam dicitur dixiſſe:uni ſibi nec puero qdem unq̄ ferias cōtigiſſe. Diuerſa factio:autumant eruditi percuſſorem druſi a Philippo & cœpione inimicis fuiſſe ſubornatum:qui erant principes diuerſæ factionis.Bello alexandrino:quod geſtum eſt a Cæſare dictatore aduerſus Alexandrinos.de quo in.i.commentario dictum eſt.

M.AN. Senonibus:miror fuiſſe qui traderent auᵹ a Druſo relatū ſi uera ſūt quæ liuius ſcribit.is dum aurum gallis penderetur Camillum interueniſſe ait continuoq̧ inter ipſas urbis ruinas pugnam contracti

postridieq; uia gabina ad octauum lapidem iteꝝ pugnatū gallosq; occidione occisos ita ut ne nūcius qdē tātæ cladis nō modo auri asportator sit relictus.Inter apēninum & alpes.extremi galloꝝ oium ad adriam littoralem orā senones icoluere de feritate gētis & reliquo uiuēdi ritu Polibius accurat̄ multa.Liuius Drusus:Appianus Liuiū Drusum ad alteꝝ tribūatum ut gracchi legibus obsisteret hortatus ē:Cicero ad.Qu. fratrem:Drusiq; tribūatus pro senatus auctoritate susceptus. Diuersa factio interemit:Drusus Liuius filius ut Appianus scribit tribunus plebis. In deambulatorio percussus cū clamore cōcidit culterq; sutorius ī eius fœmore affixit est repertus.Quod aūt uarie moliētē dixit ad illud referri oportet:quod quū senatui & equestri ordini placere studuisset neutrius ordinis odiū declinauit. Alexādrino bello:quo Cæsar aduersus Ptolemæū circa alexādriam gessit. Pōtifex:pōtifex maximus ītelligi nō potest:quum.C.Cæsar pontificatum maximū nisi cū morte nō deposuerit:sed erāt alii pōtifices octo numero q̄q̄ ab initio quattuor a Numa rege instituti fuissent.De eoꝝ potestate Plutarchus in Numa & Alicarnaseus Dionysius plura.

Scipionis substitutus:& ad deducēdas in galliam colonias in qbus Narbo & Arelatæ erāt missus est:tamen Cæsare occiso cunctis turbaꝝ metu abolitionem facti decernētibus: etiam de præmiis tyrannicidaꝝ referendum censuit. Prætura deinde functus quū exitu anni discordia īter triumuiros exorta esset:retentis ultra iustū tēpus insignibus. L. Antoniū consulem triumuiri fratrem ad Perusiam secutus:deditione a cæteris facta solus permansit in partibus. Ac prīo præneste:inde neapolim euasit:seruisq; ad pileū frustra uocatis in siciliam profugit:sed indigne ferens:nec statim se in conspectum sexti Pompeii admissum.& fasciū usu prohibitum ad.Mar.Antonium traiecit in achaiam:cum quo breui reconciliata inter omnes pace Romam rediit:uxoremq; Liuiam Drusillam:& tūc grauidam & ante iam apud se Ti-

PHI. Pu.Scipiōis:is fuerat socer Pōpeii:belliq; ciuilis reliqas refouerat ī Aphrica mox uictus in acie circumuētus ab hostibus honeste morti uocem quoq; adiecit honestam.qrentibus.n. hostibꝫ ubi eēt ipator: rn̄dit ipator bene se habet.de pōtifice maxio pōtificūq; mioꝝ collegio dictū est affatim in iulio Cæsare uidet̄ in hoc loco pōtifex unus ex mioribus signari potius q̄ maximus.

imperator bn̄ se hēt

Narbo

Narbo:narbo marcius duodecim millibꝫ passuū a mari distat: a cuius noie narbonēsis ꝓuincia appellat̄:bracchata gallia an̄ dicta.Plinius narbonē decumanorū coloniā uocat ꝓpterea qd̄ milites decimæ legiones in eam coloni deducti sunt.Strabo in.iiii. ait narbonē fuisse amplissimū eius regionis emporiū.Sidōius in endecasyllabis luculento præconio extollit narbonem narbonisq; pulchritudinem opulētiā salubritatem. Arelate:in mediterrāeo narbonēsis galliæ ciuitas est arelate:a Plinio dicta colonia sextanoꝝ:quoniā ex sexta legiōe coloni deducti sunt.Haꝝ coloniaꝝ deducēdarū auctor fuit Cæsar qbus patrē tyberii præfecit uelut unū ex triūuiris:qui more ro.colonos deducebāt:eisq; agros uiritim diuidebant. Turbaꝝ:turbationū. Abolitionem facti:post interfectū in senatu Iulium Cæsarem multi de amnestia quæ lex est obliuiōis discordiaꝝ reuocanda censuerūt:& hoc est illud uetus uerbū:qd̄ Cicero in.i.philippica usurpasse se testat̄:quod in sedandis discordiis usurpauerat olim ciuitas atheniēsiū:de quo in libro annotationū plura. De præmiis tyrānicidaꝝ:tyrānicidæ dicti sunt Iulii Cæsaris īterfectores:quos Cicero uocabulo græco tyrānoctonos appellat.refert Appiāus cinnam qui prætor erat imprimis īterfectores Cæsaris collaudasse:eosq; censuisse ut cōseruatores e capitolio euocādos:& honoribus meritis afficiēdos.fuerūt & alii ut idem est auctor:q hoc idem assererēt.scribit Cicero in oīone ꝓ Milone morem esse græcoꝝ ut honores deoꝝ tribuant his uiris:q tyrannos necauerūt extant declamatiōes hoc argumēto.tyrānicidæ præmiū detur. Inter triūuiros:Mar.Antoniū lepidū & Augustū. Vltra iustum tēpus:iam finita prætura:q ānuus est magistratus. Insignibus:prætoriis ornamētis.

Amnestia

tyrānoctoni

In partibus.s.L.Antonii & in factiōe Augusto cōtraria. Præneste:oppidū est latii quōdam Stephane dicta siue polystephanon a copia coronaꝝ:ubi fortūæ templū illustre uisebatur de quo filius templisq; dicatum fortunæ præneste iugis. Neapolim:opus chalcidēsium est parthenope a tumulo sirenis appellata.

Præneste

Seruis ad pileum:legimus sæpe apud historicos ad pileū seruos fuisse uocatos quod significat ad libertatem;cuius insigne est Pileus. Liuius in.xxiiii.postero die serui ad pileū uocati:& carcere uincti emissi:confusaq; omnis multitudo hippocratē atq; epicidem creāt prætores.hinc illud ꝓuerbiale apud Senecā in.vi. epistolaꝝ.dicet aliquis me uocare ad pileū seruos.post īterfectū Iuliū Cæsarē qdam pileū in hasta prætulerunt tanq̄ libertatis signū:uniuersosq; ad ciuilitatem patriā uocauerunt:olim lucius cinna uocatis ad pileū seruis aduersarios deuicit:mos fuerat apud ueteres ut serui q per manumissionē liberi fiebant raderent caput & calui pileū caperent:hinc est illud plautinū:dii faxint ut hodie raso capite caluus capiā pileum.pater Tyberii frustra seruos ad pileū uocauit:qm̄ hoiem seq noluerunt.maluerūtq; in seruitute uitam tutā degere:q̄ spe libertatis piclitari.Fascium usu:p̄tores sicut & ꝓconsules nō plusq̄ sex fascibus utebantur:cū cōsules.xii.uterent̄. Sexti pōpeii:filii magni Pōpeii:q a lucano dictus est siculus pirata:de quo supra satis ac super. In achaiam:Plinius.achaiæ nomē ꝓuinciæ ab isthmo incipit:ante egialos uocabatur propter urbes

Vocare seruos ad pileum

Achaia egialos

in littore per ordinem diſpoſitas.græci.n.διγιαλον uocant littus:eſt aút innexa achaia pelopóneſo.

M.AN. P.Scipiõis q eſt a.C.Cæſare in Africa uictus Appianus & Plutarchus ſunt auctores. In qbus:in numero quaꝝ. Narbo:unde galliaꝝ una cognomiata emptorium ut Strabo ait illuſtre ad oſtiú rhodái. Arelatæ:& hoc quoqꝫ eiuſdẽ terræ empotium & ipſum rhodano ut idem auctor tradidit adiacens. De præmiis tyrannicidaꝝ:Appianus cõſultationis illius auctor eſt:qua nõ defuerunt q Cæſaris percuſſoribus præmia publice cõſtituenda ut tyránicidis cenſerent:Atheniéſes:ut Plinius opinari uidetur primi omniũ Harmodio & ariſtogitoni quia tyránũ occidiſſent ſtatuas poſuere:ſed illi nõ hippiá tyránum ut Thucydides demonſtrat ueꝝ Hipparchum tyráni fratrem occiderũt:quem uulgo errorem ſcriptoꝝ ignauia inoluiſſe idem auctor teſtatur:ut illi pro tyránicidis a recentioribus falſo celebrenť hinc clariſſimi auctoris uox illa ουτ ὤσ ἀτελάιπώρος τοισ πολλοῖσ ηζ ητησισ τλισ αλλιᾶρασ. L.Antonium: Antonii triumuiri fratrem Auguſti inimicũ Plinius in ſumma inqt deus ille quũ de Auguſto interim loquereť cœlumqꝫ neſcio adeptus magis an meritus:hærede hoſtis ſui filio exceſſit:ſui enim cõtenderim eſſe legem nõ ſue ut Pliniái codices quos uidimus habẽt.non enim Liuia Tyberii mater fuit Auguſti hoſtis:immo illius amantiſſima:ſed pater qui in partibus aduerſus etiam pertinaciſſime manſit. In partibus:in ſtudio diuerſarum partium. Ad pileũ:ad libertatem. Sexti Pompeii:qui tum ſiciliam obtinebat. Faſcium uſu phibitum:ne faſces & prætoria inſignia præ ſe ferret. In achaiam:in partem græciæ ab iſthmo ſe peloponneſo inſinuantem. Inter eos:Auguſtum ſcilicet & Antonios.

beriũ enixam petenti Auguſto cõceſſit:nec multo poſt diẽ obiit utroqꝫ liberoꝝ ſupſtite Tiberio:druſoqꝫ Neronibus.

De loco & tempore natiuitatis Tiberii.

Tiberiũ qdam fundis natum exiſtimauerunt ſecuti leuem coniecturam.quod materna eius auia fũdana fuerit.& qđ mox ſimulachrũ fœlicitatis.S.C. publicatũ ibi ſit.ſed ut plures certioreſqꝫ tradunt.natus eſt Romæ in palatio.xvi.calen.decẽbribus.M.Aemilio Lepido iteꝝ.& Munatio Planco conſulibus poſt bellum philippenſe.ſic enim in faſtis actaqꝫ in publica relatum eſt.nec tamen deſunt qui tum antecedente anno Hircii ac Panſæ partim inſequente Seruili Hiſaurici Antoniiqꝫ conſulatu genitum eum ſcribant.

De infantia & pueritia Tiberii.

Infantiá pueritiáqꝫ hũit luxurioſam & exercitatá comes uſqꝫquaqꝫ parentũ fugæ. quos qdem apud Neapolim ſub irruptiõe hoſtis nauigiũ clá petẽtes uagitu ſuo pœne bis ꝑdidit.ſemel quũ a nutricis ubere.itẽ quũ a ſinu mr̃is rapti auferet ab hiſ.q ꝑ neceſſitate tpis mu

PHI. Auguſto cõceſſit:ſextus Aurelius:liuiam auguſtus quaſi marito cõcedente ſibi cõiunxit. Vtroqꝫ liberorum: Tyberio q natus erat in domo pr̃na:& druſo:qui domi auguſti natus eſt tribus mẽſibus poſtq̃ liuia mr̃ nupſerat Auguſto. Fũdis:in ciuitate fundana:quæ erat ĩ latio. Oratius.fundos aufidio luſco ꝑtore libẽter linqmus. Fũdana:ex oppido fundoꝝ:de fundanis hiſtoria eſt apud Liuiũ in octauo:qui olim metuẽtes bellum a romãis: orarũt plautinũ cõſulẽ:ut ab innoxio populo abſtineret:dicẽtes agros urbẽ corpora ipſoꝝ cõiugumqꝫ ac liberoꝝ ſuoꝝ in poteſtate po.ro.eẽ futuraqꝫ.itaqꝫ collaudati ſunt ꝙ in officio eſſent. Fœlicitatis:Romãi ueteres iter numina fœlicitatẽ quoqꝫ deá colebát:Auguſtinus i.iiii.de ciuitate dei:qd fœlicitas dea ẽ ædem accepit:ará meruit:ſacra ei congrua pſoluta ſunt. Poſt bellum philipẽſe:qđ auguſtus & Antonius geſſerunt aduerſus Brutũ & Caſſium. Acta publica:ſupradictũ eſt quẽadmodũ acta ſinguloꝝ annoꝝ cõficiebanť.Pli.l.ii.eodẽ cám dicẽte lateribus coctis pluiſſe i eius áni acta relatũ ẽ. Hirci & páſæ:ánus quo hircius & páſa cõſules fuerũt:áñceſſit ánũ:quo lepidus & munacius plácus cõſulatũ geſſerũt. Inſequẽte:q ſecutus ẽ cõſulatũ lepidi & pláci. Infantiá:hippocrates maximus medicoꝝ ſeptẽ gradus facit ætatũ prĩæ ætatis finẽ putat eſſe ſeptimũ ánũ.ſcđæ q̃rtũdecimũ:tertiæ duotrigeſimũ:q̃rtæ trigeſimũqntũ. qntæ duodeqnquageſimũ.ſextæ qnquageſimũſextũ. ſeptimũ nouiſſimũ ánũ uitæ hũanæ.Seruius ætates ſic diuidit ĩfantiá pueritiá:adoleſcẽtiá:iuuentá:ſenectá ſed uarro ut docet cẽſorius gradus qnqꝫ ætatis equabiliter putat eſſe diuiſos:unuquẽqꝫ.ſ.ꝑter extremũ in ános qndecim:itaqꝫ primo gradu uſqꝫ ad annũ qntũdecimũ pueros dictos:qđ ſint pueri.i.ĩpuberes.ſcđo ad trigeſimũ ánum adoleſcẽtes ab adoleſcẽdo noiatos.i tertio gradu:q erat uſqꝫ ad qnqꝫ &.xl.ános iuuenes appellatos:eo qđ rẽ pu.i re militari iuuare poſſent.In q̃rto autẽ gradu uſqꝫ ad.lx.ánũ ſeniores nũcupatos:qđ tũc corpus ſeneſcere icipiat.ide uſqꝫ in finẽ uitæ uniuſcuiuſqꝫ qntũ gradũ ſcm̃.in quo q eſſent ſenes appellatos:qđ ea ætate corpus iá ſenio laboret.Auicẽna & Albertus magnus oĩs ætates numero q̃ttuor eſſe ꝑdiderũt ætatem adoleſcẽtiæ uſqꝫ ad.xxx.annos:quá ſubſeqť ætas cõſiſtentiæ:alio noĩe dicta ætàs pulchritudinis uſqꝫ ad.xl.annos:tertia ætas eſt minutiõis:quæ ſenectus dr̃ ptinetqꝫ fere uſqꝫ ad.lx.annũ.nouiſſima ætas dr̃ ſeniũ quæ eſt finis uitæ. Sub irruptione: milites auguſti

Fundanis

Fœlicitas dea.

Gradus ætatum

pueri unde

Aetates ſecundũ auicẽná & alber.mag.

significat.q tunc hostis erat patris tyberii utpote secuti partes Lucii Antonii bello perusino. Vagitu deũ noĩe uagitanũ colebant prisci q ĩfantũ uagitibus p̃esset ut docet Augustinus.in.iiii.de ciuitate dei.Au.Gelius non uagitanũ deũ uocat sed uaticanum:pœnes quem essent humanæ uocis initia. Vagitãus

M.AN. Cõcessit:ut facto cũ ea diuortio ĩ uxorẽ duceret. Tyberio:is ante diuortiũ apud patrẽ natus fuerat. Druso:quẽ post Liuiã Augusto cõcessam nasci cõtigit. Fũdis:oppido reiectoris lati finibus ĩclu so uel ĩ ipso potius cõfinio. In palatio:ĩ regiõe palatii. Post bellũ philippẽse:ab Antonio & Augusto ad uersus Brutũ & Cassiũ in philippis gestũ. Hircii & pansæ q mutinẽsi perierũt bello. Antecedẽte anno:q Philippẽse bellũ p̃cessit. Partim:quidã alii. Insequẽte:qui ipsum bellũ est ꝓxime secutus.constat igiť eo triennio natũ:sed quo anno parũ inter auctores cõuenit. Luxuriosam:magnis ĩcrementis præditã. Exercitatã:quia infans & puer paternæ fuge comes. Irruptionẽ hostis:hostibus subito irrumpentibus.

erculas leuare onere tendabant:per siciliã quoq; & achaiam circunductus a lacedemoniis:publice q in tutela Claudiorum erant:demandatus:digrediens inde itinere nocturno:discrimen uitæ adiit:flamma repente e siluis undiq; exorta : Adeoq; omnẽ comitatum circũplexa:ut Liuiæ pars uestis & capilli amburerentur.Munera quibus a Pompeia Sexti Pompeii sorore in Sicilia dõatus est:chlamis & fibula:itẽ bullæ aureæ durant:ostenduntur q; adhuc baiis.Post reditum in urbem.a.M.Gallio senatore testamẽto adoptatus hereditate adita:mox nomine abstinuit : quod Gallius aduersarum Augusto partium fuerat.Nouem natus annos defunctum patrem pro rostris laudauit. Dehinc pubescẽs actiaco triumpho currum Augusti comitatus ẽ sinisteriore

PHI. Leuare onere:qđ dr̃ exonerare:ne baiulantes ipsos infantes sua cunctatiõe fugã morarentur. In tutela claudioꝝ : supra docuimus queadmodũ nõ solũ singulæ ciuitates sed etiã ꝓuiciæ habebãt romæ suos quælibet patronos.ita lacedemonii erant in clientela claudiorũ sicuti syracusani marcellorũ & bononienses antoniorum. Chlamis:chlamydẽ militarẽ ꝓprie uestem fuisse significat Plautus q ad ornatum Chlamis
militis ait opus eẽ chlamyde machera & petaso. quẽt iulius pollux scribens ad cõmodũ.Cæsarẽ de ꝓprietate uocabuloꝝ.iter apparatus militares nũerat chlamyda:cuius diminutiuũ est chlamydion.a chlamyde chlamydatus deriuať Plautus in pseudulo qs hic hõ chlamydatus est aut unde ẽ.Virgilius.sidoniã picto chlamydẽ circũdata limbo.iuriscõsultus ĩter uestimẽta puerilia numerat chlamydes tanq̃ nõ minus ad pueros pertineat q̃ ad uiros.& ita in hoc loco accipiť ꝓ ueste puerili. Fabula: fibula or Fibula
namentũ est cinguli ad uestem subligandã. Virgilius.Aurea purpureã subnectit fibula uestẽ.in alio significato accipiť fibula comedoꝝ & citharedoꝝ de qua iuuẽalis.soluitur his magno comedi fibula. & apud celsum caput est de infibulandis iuuenibus.a fibula fit uerbũ diffibulo quod significat fibulã resoluo. Pa Diffibulo
pinius.emicat & torto chlamydẽ diffibulat auro:hic accipi uideť pro cictura puerili.refibulare apud martialẽ est fibulã illã ad obscena ꝑtinentẽ dissoluere.cũ ait.cuius refibulauit turgidũ faber pœnẽ. Bullæ au Bullæ
mis citharæ cordis.qbus genitalia facillime diligari possunt: Vrinæq; tormēto:inter maximos corporis
cruciatus est strāguria:idest urinæ difficultas.scribit Plinius stillicidiū urinæ a uesica īpatibilē esse cruciatū
erat ergo nouū maximūq; tormenti genus hoc qđ crudelissimus prīceps excogitauerat:ut bene poti ac di Stragu
stēti uesicā mero turgētē exonerare nō possent. Cōsulto:de īdustria. Lōgioris uitæ:ita asserebat mathe- ria
maticus ex fato sidereq; mōstrari. Thrasillus:mathematicus:cuius supius mētio facta est. Caiū.caligulā
ītelligit:q ei mox successit in īperio:cuius pr̄ fuit germāicus adoptiuus tyberii filius. Et tyberium:hic ne
pos erat Tyberii genus ex druso filio naturali. Idētidē:frequēter.Fœlicē priamū.luculēti scriptores pria-
mū ob hoc īfelicissimū fuisse tradūt:pp qđ fœlix a tyberio uocabaŕ.Cicero in prima tusculana sic scribit:
priamū i tanta ꝓgeniæ orbaꝝ cū in arā confugisset hostilis manus interemit:hic si uiuis filiis incolumi re-
gno occidisset:astante ope barbarica tectis celatis laqueatis:utrū tandē a bonis an a malis discessisset:tū ꝓ
fecto uideŕ a bonis:& certe ei melius euenisset.hoc idē iuuenalis tradit explicans incōmoda uitæ lōgioris
fuerunt aūt priamo filii qnquaginta.quoꝝ decē & septē ex iusta uxore nati sunt apud senecā in tragœdia
cui titulus est troas:dicitur de priamo id quod quadrat:cū Tyberii sententia:sic.n.ingt chorus fœlix pria Priamo fi-
mus dicimus oēs:fœlix priamus:fœlix qsqs bello moriēs:oia secū cōsumpta uidet. Prætrepidus:mos ty- lii quinqua
rānoꝝ est:ut ex conscientia metuant:oia:quo in metu Dionysiū & alexandrū fuisse notū est. Cōsuli uetu ginta
it:interrogari ne.s.aliqd de morte sua per aruspicinæ disciplinā pronunciarent olim accusatus est soranus
& seruilia sorani filia:quod pecuniam magis delargita esset tanquā consultatura de morte principis nerio
nis. Vicina urbi oracula ut sortes antiatinas:de quibus post paulo:ut prænestias ut tiburtinas: uideŕ eni
oraculum fuisse tibure:propter albuneam unam ex sybillis:quæ illic numinis uice colebatur.
M.AN. Classiarioꝝ manu:remigū multitudine sociorūq; naualium:qui classem præsidio circa caprea
obtinebāt. Leucadii:ut strabo ait:quē ex sūma rupe in subiectū mare ꝑcipitassent.nauibus cōtinuo exci s
piebat:ut seruatū extra fines mitterent hic ne euaderet exceptū necabat. Cōtis lōgioribus hastis:ut noni
us ait & robustis. Oneratos:repletos. Veretris:genitalibus. Fidiculaꝝ:inhibita arctissimo fidicularum
nexu mitturitione. Distenderet:ualde ipleret:ac ꝑ hoc maiore cruciatu torqueret.idē alibi nūquā e tricli
nio abscessit:nisi distētus ac madens. Ver.Referūt distēta capellæ. Spe lōgioris uitæ:longiore uitæ spacio
ex astroꝝ rōne ꝑmisso.nā totus ut Dion ait ex trasylli disciplina Tyberius pēdebat. Cōsulto:ne in plures
sæuiret. Nepotibus:caligulæ:& Tyberio drusi filio. Supstes omniū suoꝝ:non omniū:nā Hecube:Hele-
no:Polidoro:Cassandra:& Polixena supstitibus periit:sed ad illud Vergilianū allusit:Troiam incensam &
prolapsa uidentem pergama.iuuenalis.Omnia uidit euersa & flammis asiam ferroq; cadentem.

ꝑnestinaꝝ sortiū territus destitit:quū obsignatas deuectas
q; Romā nō repisset ī arca nisi relatas rursus ad tēplū : unū
& alteꝝ cōsulares oblatis ꝓuīciis nō ausus a se dimittere us
q; adeo detinuit:dōec successores post aliquos annos ꝑsenti
bus daret:quū iterī manēte officii titulo ēt đlegaret pluria.
Assidueq; illi ꝑ legatos & adiutores suos exeq̄nda curarēt.

De suspitione nurus & nepotū damnatorum.

NVrū ac nepotes nunq̄ aliter post dānationē : quā
cathenatos:obsutaq; lectica loco mouit: ꝓhibitis
per milité obuiis ac uiatoribus respicere usq̄ uel consistere.

Idem de differentia & suspitione eiusdem.

SEiāū res nouas moliētē:quis iā & natalē eiꝰ publi
ce celebrari:& imagines aureas coli passim uide-
ret uix tandē & astu magis ac dolo:quā principali
auctoritate subuertit:Nā prio ut a se per speciē honoris di
mitteret collegā sibi assumpsit in qnto cōsulatu:quem lon-
go interuallo absens ob idipsum susceperat.Deinde spe af-
finitatis ac tribunitiæ potestatis deceptum inopinantē cri-

PHI. Prænestinaꝝ sortiū : Ci- Origo sor-
cero in secūdo de diuinatiōe lu- tium
culenter enarrat: quēadmodum
numerius suffusius sortes prius
inuenit apud ꝑnestinos sculptas
in robore litterarū priscarū no-
tis:& cū eodem tpe mel ex olea
fluxisset ī eo loco:ubi fortūæ si-
ta ē ædes:aruspices dixerūt sum
mā nobilitate illas sortes futu-
ras:eorūq; iussu ex illa olea arca
facta est eoq; sortes conditæ : q̄
fortunæ monitu pueri māu mi-
scebanŕ atq; ducebanŕ:uetustas ēt
nūc retinet nomen sortiū præne
stinaꝝ:carneades dicere solitus
erat nusq̄ se fortunatiorē:q̄ præ
neste uidisse fortunā de hoc ꝑ-
nestinæ fortunæ oraculo:memi
nit filius:celsisq; dicatī fortūæ ꝑ fortuna
nestæ iugis:& a nobis copiose di ꝑnestina
ctū est in cōmentariis propertii:
ubi enarraŕ ille uersiculus:ecqd
ꝑnestis dubias petis īscia sortes.
In arca:arcā illam intelligit ex
olea factā:in qua cōditæ sortes ferebanŕ. Obsignatas:sigillo īpræsso clusas ne fucus fieri posset. Ad tem
plū:fortūæ.s.ꝑnestiæ. Nō ausus dimittere:timebat ne ī ꝓuīcia qsq; sua res nouas moliretŕ:& ad rebellionē
ꝓuīciales cōcitaret. Præsentibus:duobus illis cōsularibus:qbus obtulerat ꝓuīcias:nec tñ eos ob metū a
se dimiserat. Manēte officii titulo:ut.s.ꝓcōsules aut ꝑsides ꝓuīciæ dicerenŕ:qbus tāq̄ legitimis ꝑsidibus

pcõſulibuſq; plurima Tyberius delegabat:ſcribũt nã iuriſcõſulti pcõſules niſi egreſſi fuerit urbẽ nõ habere iuriſdictionẽ:p legatos põt pcõſul mãdare iuriſdictionẽ a legato ſuo ut inqt Vlpiãus legatos nõ oportet pricipẽ cõſulere:ſed pcõſulẽ ſuũ:& iis ad cõſultationẽ legatoꝝ debebit rñdere:ſcribit põponius legatos p
legati pcõſulum cõſulũ nihil ppriũ hre:niſi a pconſule eis mãdata ſit iuriſdictio:de his legatis nũc loqtur. Obſuta:munita circũſepta & undiq; clauſa.ne qſpiã itereũdũ itroſpicere poſſet qs ĩ lectica deferret. Prohibitis uiatoribus ĩ troſpicere:agrippinã nuꝝ & druſum neronẽq; nepotes qñ ab uno loco ad aliũ transferebant in lectica undiq; conuelata deferri uoluit & adhibitis militibus uetuit uiatores & iter faciẽtes reſpicere qs ĩtra lecticam geſtaretur:nec res cogita maiorem ipſi cõflarẽt inuidiã.olim homo adoleſcẽs pro legato ĩ lectica ferebat ei obuiã bubulcus uẽuſinus aduenit & per iocũ cũ ignoraret q ferret rogauit nõ mortuũ ferret.ubi id audiuit lecticã iuſſit depõi ſtuppis qbus lectica ligata erat uſq; adeo uerberari iuſſit:dũ aiam efflauit auctor.C.gracchus ĩ oratiõe de legibus pmulgatis. Natalẽ eius celebrari colebat:ſeianus pinde ac alter Ty
Seiani ſtatuæ conflatæ berius:unde nõ miꝝ ſi illius dies natalis celebrabat.& imagines aureæ ſeião paſſim dicabant:q poſt eius necẽ parti diſiectæ ptim cõflatæ ſunt:unde ait ſatyrographus deſcẽdũt ſtatuæ reſtẽq; ſequunt & ex facie toto orbe ſecũda ſunt urceoli pelues ſartago patellæ. Quã pricipalia auctoritate:Tyberius nõ auctoritate pricipis uſus ẽ ad ſcianũ ſubuertẽdũ:ſed aſtutia & uaframẽtis:timebat.n.imodicã ſeiani potẽtiã:illũ participẽ curaꝝ appellabat & pleruq; repetẽs dicebat meus ſeiãus. Dimitteret:Tyberius petẽs ſeceſſum ca
meus ſeianus preaꝝ cõſulẽ ſeianũ deſignauit creditũq; ẽ deſignari eos collegas ĩ cõſulatu p qnquẽniũ. Ob idipſum:ut hoc dolo pderet ſeianũ. Spe affinitatis:tãq̃ affinitatẽ cũ ſeião facturus eẽt deſponſata illi una ex neptibus

Tribunitiæ ptãtis:Tyberius diuulgauit cũ eẽt capreis ſe tribũitiã ptãtẽ ſeião daturꝰ:ut.ſ.iopinatũ opprimeret:ſcripſit ãt ſenatui p ſertoriũ macronem:q cũ ſeiano diceret poteſtatẽ tribunitiã ſeſe illi a Tyberio afferre:tunc ſeianus ſupra modũ lætus curiã ingreſſus eſt:macron tradita cõſulibus epiſtola:priuſq̃ quicq̃ legaretur egreſſus eſt ad milites:ſed lecta epiſtola:qua petebat Tyberius ſuppliciũ ſumi de ſeiano:ſtatim tri
mores ſeiãi buni & milites illũ circunſteterunt:& in gemonias ſcalas laceratũ abiecerunt uncoq; traxerunt.

M.AN. Præneſtinaꝝ ſortiũ:Strabo habet:inqt præneſtæ fortunæ tẽplũ:unde certa edũt oracula.Colebat ibi fortuna ſub imagie duaꝝ ſoroꝝ papinius:Quod ni tẽpla darẽt alias thyritia ſortes & præneſtinæ poterant migrare ſorores.ælius lampridius in Alexandro huic ait in templo præneſtiæ ueſtæ talis ſors extitit:Si qua fata aſpera rumpas tu marcellus eris:quibus uerbis datur intelligi qualis eſſet præneſtinarũ ſortium ratio. Obſignatis:obſignata archa. Per legatos:circa prouincias ſcilicet miſſos. Nurum:agrippinam. Nepotes:druſum & Neronem. Obſuta:clauſa:obſũto uelo adoperta. Seianum res nouas:fuerat is ut dion tradidit.M.appitii pathicus:ſed ſimilitudine moꝝ ita tyberio inſinuatus & ab eo ad id potẽtiæ euectus:ut iam pares illi & tyberio honores deferrentur per ſertorium macronem romam miſſum ſenatui dãnandum tradidit dãnatũq; crudeliter necauit.Iu.Ex facie toto orbe ſecũda fiunt urceoli:& ruſus ardet adoratu populo caput & crepat ingens:ſeiãus:Ioſephus auctor eſt.Antoniam germanici matrem per codicillos pallanti ſeruo ſuo ad tyberium datos ſeiani coniurationẽ principii ſignificaſſe. Spe affinitatis:ut ex nepotibus illi unã mrimõio locaret.

PHI. Senẽ ſecerat eni iã ſenex tyberius. Tumultũ ne roma tumultuaret ſeiani cauſa. Druſũ nepotẽ:illum intelligit cui ut ſupra dictũ eſt adeo alimenta ſubduxit:ut tomentũ e culcitra mãdere tẽtauerit:quẽ iudicatũ hoſtem fame necauit. Meditabat:animo cogitabat:alias exercebat unde meditationes Romanorũ
Meditationes romanorum dictæ ſunt cõflictus ſine ſanguine:& omnes artes auctore uegetio ĩ meditatiõe conſiſtũt:meditor græce dr̃ μελετάω. Speculabundus:diligenter & uehemẽter ſpeculans tanq̃ ex ſpeculatorio:diximus in notis ſeruii:q no mina ibundus definẽtia largam uim & fluentẽ copiã & quaſi ha

minatus eſt pudenda miſerandaq; oratiõe:quũ iter alia. P.C.præcaretur:mitterent alteꝝ e conſulibus qui ſenem ſe & ſolũ in conſpectu eoꝝ cũ aliquo militari pſidio perduceret:ſic quoq; diffidens tumultũq; metuens. Druſum nepotem quẽ uinculis adhuc Romę continebat ſolui:ſi res poſceret:ducẽq; conſtitui pceperat. Aptatis etiam nauibus ad quaſcũq; legiones meditabatur fugã ſpeculabundus ex altiſſima rupe idẽtidẽ ſigna:quæ ne nũcii morarẽt:tolli procul:ut quicquid foret ſentiret:mãdauerat Verũ & oppſſa coniuratione Seiani nihilo ſecurior aut conſtantior:per nouẽ pximos menſes non egreſſus eſt uilla:quę uocatur iouis.

De conuitiis & libellis contra eum editis.

Rebant inſuper anxiam mẽtẽ uaria undiq; conuicia nullo non dãnatorũ probri genus coram uel p libellos in orcheſtra poſitos ingerente quibus quidem diuerſiſſime afficiebatur:modo ut præ pudore ignota & celata cuncta cuperet:nonnunquam eadem cõtineret & proferret ultro ac uulgaret:Quin & arthabãi parthorum Regis laceratus eſt litteris parricidia & cædes:& ignauiã & luxuriam obiicientis:monentiſque ut uoluntaria morte

búdátiã rei:cuius rei uerbũ esset:declararẽt. Idẽtidẽ:crebriter & subide. Signa tolli:mãdauerat Tyberius signa q̇dã fieri per quæ ñ expectato nũtio certior fieret seiáus ne rege potitus foret:an ex eius uoto fuisset op̃p̃ssus:ut rebus male succedẽtibus posset statim capessere fugã.signũ diurnũ est fumus nocturnũ flãma:danť alia signa ex p̃scripto pricipis. Villa Iouis:hæc erat ĩ isula capreaꝝ. Vrebãt:cruciabãt:maro.urit atrox iuno. Nullo nõ dãnatoꝝ:quolibet ex dãnatis. In orchestra:locus erat ĩ theatro nobilior:ubi senatus ludos spectare solebat:de orchestra satis ac sup iã dictũ est:ideo ãt libelli ĩ.orchestra ponebanť:ut p̃bra Tyberii ĩter nobiles uulgarenť. Celata cũcta.s.p̃bra & maledicta:q̃ a dãnatis in ip̃m ĩgerebãť. Cõtineret:uť legẽdũ cõcineret:ut sit sensus Tyberiũ ĩterdũ cõuicia adeo sp̃reuisse:ut illa cõtineret hoc ẽ cantaret ĩuulgaretq̧. Arthabãi parthoꝝ:p̃thi ex genere arsacidaꝝ ĩperatorẽ facere solebãt:uñ olĩ rege orbati uononẽ regno p̃turbãt.utpote aliẽigenã. Cõfestiq̧:arthabanũ euocãt medoꝝ regẽ arsacidaꝝ gñe descẽdẽtẽ:hic inimicus Tyberii factus armeniã ĩuasit:mox cũ se ĩsidiãtiũ dolis eripuisset cũ Tyberio iniit amicitiã ĩteruẽtu uitelii.etenĩ circa eufratrẽ fluuiũ arthabãus & uitelius:de pacis fœdere colloquunť ĩ medio sibi põte fluminis cauẽtes:post ictũ fœdus herodes tetrarcha eis cõuiuiũ ĩ loco medio p̃para::tabernaculũ ex p̃ciosis gẽmis exornãs tũc arthabus dat obsidẽ Tyberio Dariũ filiũ:cũ quo ẽt mũera magna trãsmitit:hæc iosephus libro decimo octauo antiq̃tatũ. Parricidia obiiciẽtis:arthabãus quo tempore inimicus erat Tyberii illũ cõuitiis epistolaribus lacerabat:ĩ q̃bus obiiciebat ĩ primis parricidia:q.s.filios & nepotes & nuꝝ ĩteremisset:lege enim pompeia de parricidiis caueť:ut is parricidii teneatur nõ solum qui patrem & matrem interfecerit:sed qui fratrem sororem patruelem matruelem filium filiam nepotẽ nuꝝ aliosq̧ p̃pinquos occiderit. Luxuriam:appellatione luxuriæ nõ tã libidinẽ ueneriam contineri q̃ ĩmodicã profusionẽ alibi docuimus. Semetipse pertesus:displicens sibimetipsi & quasi uitam suam odio habens.

Signum diurnum

Atrabáus

parricida q

Luxuria

M.AN. Pudenda:tali ut illius merito eũ pudere potuisset. Perduceret:ex capreis romã:Iuuena.uerbosa epistola uenit a capreis. Tumultũ:motũ in seiano opprimendo. Drusum:quem postea fame ĩ ima palatii parte necauit. Meditabatur:mẽte & cõsilio agitabat. Speculabũdus:speculationi uehementer intẽtus. Vrebãt:dolore & ira exagitabãt. In orchestra:unde nobilissimi quiq̧ spectabãt. Ingerente obiiciẽte. Ignota & celata:ignorari uellet & occultari:quæ obiecta essent. Vltro:spõte proderet. Artabãi parthorum regis:iosephus mittit etiam inquit Tyberius ad uitelium litteras ei iubens:ut amicitiam cum artabano parthorum imperatore conficeret:terrebat enim eum quod inimicus extaret & armeniam inuasisset. Parricidia:propinquorum. Cædes:ciuium aut cædes per ministros:parricidia per ipsum patrata accipias. Ignauiam:desidiam & inertiam. Luxuriam:nefariam libidinem.

maximo iustissimoq̧ ciuiũ odio q̃ primũ satisfaceret. Postremo semetipse pertesus talis epistolæ principio tãtũ nõ summam malorum suorum professus est.

De epistola eius ad senatũ & orõne factũ suũ p̃nũciãtibus.

QVid scribam uobis. P.C. quo modo scribã aut q̇d omnino nõ scribam hoc tp̃e:Dii me deæq̧ peius p̃dant:quã quotidie perire sentio. Scio. Existimant q̇dã p̃scisse hoc cum peritia futurorum ac multo ante quãta se quãdoq̧ acerbitas & infamia maneret prospexisse. Iõq̧ ut imperium iniret & patris patriæ appellationẽ:& ne in acta sua iurareť obstiatissime recusasse:ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inueniretur. Quod sane & ex oratiõe eius:quã de utraq̧ re habuit colligi põt:uel quũ ait similem se semp̃ sui futurũ:nec unq̃ mutaturũ mores suos:quãdiu mẽtis sanæ fuisset:sed exempli causa cauendũ ne se senatus ĩ acta cuiusq̃ obligare.q̃a aliquo casu mutari posset & rursus si quando aũt inquit de moribus meis deuotoq̧ uobis animo dubitaueritis:q̇d prius q̃ eueniat opto:ut me supremus dies huic mutatæ uestræ de me opinioni eripiat: nihil honoris adiicit mihi patris appellatio:uobis autẽ exprobrabit:aut temeritatẽ delati mihi eius cognominis:aut inconstantiam contrarii de me iudicii.

PHI. Tantum nõ summa malorum:supra docuimus gens eẽ elocutionis non p̃ritæ:equo & filius usus est:tantũ non strictis mucronibus.accipiturq̧ illud tãtum non pro etiam:& est sensus Tyberium ualde etiam summã malorum suorum professum eẽ in epistola ad senatum scripta. Quid scribã uobis:uerba epistolæ Tyberii quæ summã principis desperationem uitãq̧ ærũnosissimam aperte demonstrãt: perturbatus & anxius anius nescit:unde exordiať ignorat quo modo sibi sit aut quid scribẽdũ. perturbationes.n.mentem conturbant & obcecatam reddunt. Prius perdant:lege potius pœnis perdant hoc:est suppliciis. Quem.s.me. Quotidie perire sentio:hæc uerba apte demõstrant:quod illa particula tantũnum significat etiam ille enĩ summa malorum suorum profiteri aliđ mala sigillatĩ explicare credo ea figura dici tantũnum:qua a doctis dicitur etiamnum:ut illa appendicula num sit per.u. potius scribenda & enũcianda q̃ per

Tantũnũ

o.utitur hac eloquutiõe ĩ hoc significatu Liuius quoq; cũ ait in li.xxxvii.uidit nõ posse æquare ordinem romanos & tantũnũ iã circuiri a dextro cornu cõcitat naues.pscisse hæc eũ adrianus matheseos adeo peritus fuisse fert:ut calẽ.ianuariis scripserit:qd ei toto anno euẽtuꝝ esset usq; ad illã horã qua est mortuus adeo psciuit oia de se futura hoc idẽ existimat de Tyberio cũ eẽt addictus mathematice.ne in acta sua iuraret Suetonius de Tyberio dixit supius itercessit:& quominus in acta sua iuraret prænomen quoq; iperatoris cognomen quoq; pris priæ recusauit.tãtis honoribus maxius honos ẽ pris priæ appellatio:& ĩ acta pricipis iuratio: De utraq; re.ne.& pr priæ appellaret & ne ĩ acta sua iuraret. Similẽ se sui futuꝝ:potest uideri amphibolon & ãbiguũ:nã dũ ait se futuꝝ similẽ sui põt trahi partẽ deteriorẽ:nec mẽdax erit Tyberius:fuit eni siĩs sui dũ mores suos.s.genuinos.& naturales:q erãt iprobissimi & flagitiosissimi:nõ imutat:dũ ad suã sceuã sanguiariãq; naturã ilico recurrit attamẽ uidebat ipse sentire:q mores nõ eẽt suos imutaturus uidelicet pbos & bonos:quos iduerat q̃dã moderationis simulatiõe & q̃lis fuisset in initio principatus talẽ se futuꝝ pollicebat hoc est irrepnsibilẽ & oi bonitate pstãtẽ. In acta cuiusq̃ obligaret : Cauendũ est senatui inqt Tyberius ne obliget se iureiurãdo ĩ acta cuiusq̃ pricipis.q ex cõditiõe hũanæ naturæ mutari posset:& hoc dicebat ĩ oratiõe recusans ne ĩ acta sua iuraret. Deuoto uobis aio:meo.s.q uobis senatoribus deuotus ẽ:qd sit deuotio q deuoti antea docuimus. Supremus dies:mortis. Aut temeritatẽ:cõplexio est utrũq; cõcludens & hoc:significat:ait enim Tyberius appellatio patris patriæ q̃ mihi defertis si mutata fuerit uestra de me opinio:uox taxare uidebit:uel tãquã temerarios q mihi nõ merẽti tale cognomen temere detuleritis:uel tanq̃ incõstãtes in iudicãdo:q quẽ prius iudicaueritis dignũ patris patriæ cognomento:eundẽ mox mutata uolũtate indignũ iudicare uidebimini contraria de me sentientes.

M.AN. Pertesus:ualde odio habẽs. Talis epistolæ:q̃lis pricipiũ ĩ frõtẽ alterius capins occurrit. Tantũ nõ summã:sed ptẽ oino nõ puã. Quid scribã:pria periodus ad argumẽtũ attinet. Quomodo : altera ad formã & rõnẽ scribẽdi. Quid oino nõ scribã:reliqua hæc ad deliberationẽ. Quẽ quotidie perire sentio:hoc fuit qd dixerat tantũ nõ illũ suoꝝ maloꝝ summã professum. Peritia futuroꝝ:utpote qui mathematicæ esset disciplinæ addictus. De utraq; re.de obligatione senatus in sua acta.& patris patriæ appellatione. Mores suos:eam uite modestiam:quã ad id tẽpus seruasset. Aliquo casu:ad præsentẽ uitæ mutationem:quã antea præuiderat id pertinet. Exprobrabit:probri loco obiiciet. Temeritatẽ : qd temere eum in honorem detuleritis. Aut inconstantiam:quia iudicium mutaueritis.

De statura & membris & ualitudine & incessu.



Orpore fuit amplo atq; robusto:statura q̃ iustã excederet latus ab humeris & pectore cæterisq; mẽbris usq; imos pedes eq̃lis & cõgruẽs.sinistra mãu agiliore ac ualidiore articulis ita firmis ut recẽs itegrũ malũ digito terebraret.Caput pueri uel ẽt adolescẽtis talitro uulneraret.colore erat cãdido.capillo pone occipitiũ submissiore ut ceruicẽ ẽt obtegeret:qd gẽtile ĩ illo uidebat facie hõesta in q̃ tñ crebri & subtiles tumores cũ prægrandibus oculis:& qui quod mirum eẽt noctu etiam in tenebris uideret:sed ad breue & cum primum e somno patuissent demũ rursum hebescebãt.Incedebat ceruice rigida & obstipa

PHI. Corpore amplo:erat corpulennior & habitior:qd ad crassitudinẽ latitudinẽq; refert:non autẽ ad staturæ lõgitudinem:de qua subiũgit. Latus ab hũeris:
Plato uñ talis fuit Plato uñ a latitudie humeroꝝ:quæ græce dr τον πλάτος nomen accepisse tradit:ad quẽ allusisse Virgiliũ existiat seruius illo uersu.atq; hũeris extantẽ suscipit altis. Sinistra agiliore:scribit Albertus magnus li.ii. de aialibus cãm pp quã homo ĩ
Cã agilioris sinistræ terdũ agiliore fit sinistra q̃ dextra qa uidelicet epar & cor uirtutes suas mittũt ĩ sinistrũ latus.& a dextro remouent. Cõtigit etiã aliqñ id ex cõsuetudie:ut quis a
Sceua qui mancus puero sinistrã sæpius exerceat q̃ dextrã:eaq; cõsuetudo uertit in naturã latini tales sceuas appellant a sce a hoc ẽ sinistra:quã hñt agiliorẽ scribit Vlpianus in ediliciũ edictũ sceuã nõ eẽ morbosum uel uitiosum : p
Ambi dextri terq̃ si ibecillitate dextræ ualidius sinistra utat:sed hũc nõ sceuã:sed mancũ eẽ.Plato docet libro septimo de legibus hoies debere esse ἀμφοτερόδεξιους hoc ẽ ambidextros:ut dextra a sinistra nihil differre uideat:idq; esse secũdũ naturã sentit sicuti & pedes nihilo differre uidemus:laudatq; scythaꝝ legem q iubebat sagittarios utraq; manu indifferẽter uti.Aristoteles quoq; ĩ ethicis fieri posse demõstrat:ut oẽs homi-
amphoterodexios. nes sint ambidextri.ahoth.sicut ĩ libro iudicũ scriptũ legimus fuit amphoterodexios.i.utraq; mãu p dextra utẽs. Articulis firmis:miloni ob articuloꝝ firmitudinẽ malũ tenẽti nemo digitũ corrigebat:& trita-
Firmitas articulorum mus gladiator tã firmis fuit articulis digitoꝝ:ut hostẽ iermi dextra uno digito supatũ & postremo correptũ ĩ castra trãstulerit.Martius unus ex.xxx.tyrãnis digitos hũit adeo robustos ut ĩ illis neruos uideretur
Talitrum habuisse nõ uenas:nã & carra ueniẽtia digito salutari repulisset dr:& fortissimos quosq; uno digito sic afflixisse:ut q̃si ligni uel ferri obtusioris ictu pcussu dolerẽt.nõ igit mirãdũ si Tyberius firmitudie digitoꝝ præpollẽs malũ hoc est pomum digito terebraret.i.instat terebre perforaret. Talitro:talitrũ appellat percussionem quæ fit digitis cõplicatis in condylos.Iulius capitolinus allisionẽ digitoꝝ nominauit scribens

Martiū multa duoꝝ digitoꝝ allisione cōtriuisse:talitrū circūscriptiōe q̄dā signat martiāus his uerbis ex libro philosophiæ:nemesis ictibus crebris uerticē cōplatis in cōdyllos digitis uulnerabat.Cōdylon āt græci pugnū uocāt:& tuberculū talitrū uocabulū ē raꝝ iuētū neq̨ legētibus facile obuiū:nec q̄d eq̄dē meminerī alibi reptū:pōt uideri a talo deriuatū:cuius officuli i pedibꝫ eminētia & duritia ē notissima tā q̄ talū ob duritiā extuberationēq̨ imitet̄. Pōe occipitiū:post occipitiū:qđ significat capitis ptē posteriorē:miror albertū magnū iuertere cōsuetudinē loq̄ndi & eruditoꝝ latinitatē:nāq̨ occiput eē dicit ptē capitis anteriorē sinciput uero posteriorē ordine p̄postero:cū sinciput sit anterior occiput posterior ps capitis:alias sinciput iter edulia gāeata nūerat̄. Sūmissiore:plixiore lōgiore alias hūiliori:summissum n. utrūq̨ significat.

Cōdylon

error Alberti magni

Gētile:gētilitiū & familiare:tanq̄ i gēte claudia capillo plixiore ceruicē peculiariter obtegerent. Facie hōesta.pulchra:Vir.caput abdit hōestū:honos pulchritudo noiat̄:idē frigidus i siluis aq̄lo decussit honorē. Cū p̄grādibus oculis:scribit Aristoteles optimos hēri oculos:q neq̨ nimis grādes neq̨ nimis pui sint sed modici:Albertus magnus tradit oculos magnos nitētes atq̨ plucidos significare iustū docilē prudētē & tales oculi socratis fuisse tradunt̄:q apollinis oraculo sapiētissimis apud græcos iudicatus ē. In tenebris uiderēt:Pli.i.xi.ait hæc.alii iterdiu hebetiores noctu p̄ter cæteros cernūt.Tyberio Cæsari aliā quā gēitoꝝ mortaliū fuisse naturā ferūt:ut expgefactus noctu paulisp aut alio mō quā luce clara cōtueret̄ oīa paulatī tenebris sese obducētibꝫ. Hebescebāt:hebetiores fiebāt:& obtusciores. Ceruice obstipa:porphirio enarrās illud oratianū:stes capite obstipo:exposuit tristi seuero & icliato obstipū pprie dicimus icliatū & obliquū referimusq̨ ad caput & ceruicē.Columella i octauo febricātiū inq̄t signa sūt cū obstipe sues trāsuersa capita ferūt:idē Pli.qđ columella tradēs:ait idex suis iualidæ caput ē obliquū i icessu:ex quo patet a plinio obliquū caput dici:qđ columella obstipū noīauit.philosophi fucosi:& iprimis hippocrite obliquo capite & obstipo incedere cōsueuerūt:ex quo est illud psianū:obstipo capite & figentes lumine terram.

Oculi magni

Ob stipū

M.AN. Agiliore:magis ad oia tractāda facili & idonea. Articulis:digitoꝝ iūcturis. Terebraret:pforaret. Talitro:a talo talitrū eē haud iepte aliq̄s dixerit.Sed talus ē ossis gēus i articulo pedis uētre eminēs cōcaua i uertabra solidissimis neruis ligatū q̄dratū forma nec est hoi aut aīali digitos hn̄ti.solidisq̨ ungulis p̄dito a loci credo silitudie:aut ab ipsa pminētia:latini talū q̄nq̨ appellāt eā ptē:q hūano pede utrinq̨ ppe calcē extuberat:græci σφυρον uocāt:uñ talaris tūica dicta:qa ad talos usq̨ d̄scēdat:& ut talus i pede a silitudine ut diximus pōt uideri dictus:ita talitrū extuberationē articuloꝝ icuruæ aut cōtractæ māus pminētiū:q̄si talū alteꝝ ueteres dixisse crediderī:q̄bus singulis ita Tyberius polleret:ut cuiuslibet eoꝝ ictu pueri & qđ plus fuit adolescētis caput uulneraret. Sūmissiore:sūmisso & extēso. Gētile:ppriū gētis & familiæ.Dimittere ab occipitio capillum. Noctu ēt:& in tenebris Tyberio Cæsari ait Plinius:aliā q̄ genitorū mortaliū fuisse naturā ut expergefactus noctu paulisper.haud alio mō q̄ luce clara cōtueret̄ oīa paulatī tenebris sese obducentibus res pœne icredibilis dictu:sed quæ in q̄busdā uerior uero fit:ut oculis repente a somno patefactis uel mediis tenebris omnia circa lectū:& quæ toto cubiculo sunt ut in diuina luce spectentur:quod & nobis deum optimum maximum testor sæpius accidisse scio:& si lux illa breuis admodū & quæ continuo obductus tenebris euanescat. Rigida:obstipa & immobili.

abducto fere uultu plærūq̨ tacitus nullo aut rarissimo etiā cū pximis sermone eoq̨ tardissimo nec sine molli quadā digitoꝝ gesticulatione. Quæ omnia ingrata atq̨ arrogantiæ plena:& animaduertit Augustus in eo:& excusare tentauit sæpe apud senatū ac populū professus naturæ uitia esse nō animi. Valitudine psperrima usus est tpe q̄dē principatus pene toto ppe illesa:quāuis trigesimo ętatis anno arbitratu eam suo rexerit sine adiumento consilioue medicorum.

De obseruatione religionum:

Circa deos ac r̄ligiōes negligētior q̄ppe addictꝰ mathematice plēusq̨ psuasiōis cūcta fato agi tōitrua tā p̄ter modum expauescebat:& turbatiore cœlo

PHI. Abducto uultu:cōtracto & seueritudinē tristiciāq̨ p̄ferēte. Tardissimo sermōe:Seneca iubet lucillū eē tardiloquū q̄ uirtus ē:sed i Tyberio uiciū erat nimia tarditas sermonis.qđ anti q̄ ēt rep̄nderūt i.p.uicinio q tractī dicebat ut inq̄t Gellius:q singula uerba uellebat tanq̄ distaret nō tā q̄ diceret:uñ q̄dā festiuiter dic ait uel nunq̄ dicas græce tardiloquus: dr̄ βραδυγλώσσος:q̄lem esopū fuisse tradunt. Molli gesticulatiōe:chilo lacedæmonius unus ex septē græciæ sapientibus p̄cipiebat i uia nō festinādū:inter loquēdū nō agitandā manū:id.n.eē uecordiū:diogenes cynicus isanire inq̄t uidet̄ ille q icedat mediū digitū ptendens.Quintilianus li.xi.gestū manuū illū maxīe cōem esse dicit:quo medius digitus i pollicē cōtrahit̄ explicitis tribꝰ apud priscos gesticulatio illa digiti mollis & ifamis existimabat̄:q̄ digito uno cap̄ scalpebant. Seneca li.septimo epistolaꝝ moraliū ipudicū & icessus ostēdit & māus mota & relatus ad caput digitus:& flexus oculoꝝ in pōpeiū dictū est tanq̄ ipudicū & mollē:qđ caput digito uno scalpebat:Seneca li.iiii.controuersiarū refert clauū hoc de pōpeio dixisse digito caput uno scalpit:quo credas hūc sibi uelle uiꝝ:hinc est illud satyrici poetæ:q digito scalpunt uno caput. Ingrata:molesta & inuisa. Naturæ uicia nō animi tanq̄ uicia

Digito uno

naturalia atq; īgenita eqore aīo ferre debeamus ī principe:q̄ ut ingt elegāter Seneca leniri arte possunt radicitus extirpari nō possunt. Sine cōsilio medicoꝝ:medici famā nouitate aliq̄ aucupātes aīas statim nr̄as negociant̄ nulla lex est:q̄ puniat īsciā capitalē discūt periculis nr̄is & experimēta p mortes agūt:medicoq̄ tm̄ hoīem occidisse sūma īpunitas ē:hic illa:ut ingt elegāter Pli. īfoelicis monumēti īscriptio:turba se medicoꝝ periisse:& ut auctor ē dion ab hadriāo moriēte dictū ē turba medicoꝝ regē pdidit oli pausanias lacedæmōiꝝ.q ualitudinē regebat sine auxilio medici:cū medicus ei dixisset:quō γὰρ οὐ γεγόνας hoc ē senex factus es:festiuiter inq̄t:qa nō sum usus te medico:idē ad medicū dicentē οὐδὲν κακὸν ἔχεις. i.nul lū malū hēs:rn̄dit οὐ γὰρ σοὶ ἰατρῷ χρῶμαι hoc ē:nō.n.utor te medico:populus ro.ultra sexcētesimū an nū uixit sine medicis:& ut ait Pli. ī ųītrigesimo milia gētiū degūt sine medicis nō tn̄ sine medicia. Addictus:mācipatus obnoxius deditus qd sit addicere & q dicāt̄ addicti latissime diximus ī iulio Cæsare. Mathematicæ:disciplīæ syderali genethliacoꝝ:q & mathematici dicunt̄. Cūcta fato agi:tale ē illud manlii: fata regūt orbē:certa stāt oīa lege:nascētes morimur finisq̄ ab origie pēdet:& illud fatū ipm exupat iouē: & illud fato stat iuppiter ipse:iulius firmicus ī prīo matheseos:si fatū inq̄t nobis uitæ ianuas pandit finēq̄ uiuēdi fatalis legis necessitas statuit qd ē aliud qd sit positū ī eius ptāte.fato cōstat actus ēt nr̄os uniuersos studia cupiditatesq̄ contineri:de fato plura memoratu digna scripsimus in quarto ,ppertii commentario. Tonitrua expauescebat:Seneca in secūdo questionū:male tecū inquit agitur si paucscis ad cœli fragorem & ad inanē nubiū sonitum trepidas:lucretius sonitū tonitruum eleganter per terricrepū appellat : quoniā cuncta perterret:& ut inquit maro mortalia corda per gentes humilis strauit pauor.

M.AN. Abducto:cōtractiore mento:& in ceruicē reiecto. Cū pximis: pxime deābulātibus. Digitorū gesticulatione:crebro digitorū motu:qd in Hortēsio rephensum scribit gellius. Ingrata:uulgo inuisa.

Trigesimo ætatis anno:a trigesimo īde potiusq̄ ad trigesimū usq̄. Additus:deditus. Cūcta fato Regi: certo syderū cursu.Seruius:fato inqt cui nonaginta anni:hoc est tres Saturni cursus exitiū creāt: Sed ratio hæc syderalis ueteribus auctoribus haud oīno uī̄ constitisse:Epigenes.c.& uiginti annos negauit impleri posse:Berosus cētū septēdecim excedi:Petosyris & necepsos triū signorū proportione quā trimorion appel larūt:cōstare arbitrati sunt:qua ratione.c.xxvi.annos posse humanæ uitæ cōtingere colligebant. Treuellius a mathematicorum peritissimis affirmari tradidit centum & uiginti annos homini concessos : Verum moysen diuina quadam prouidentia quinq̄ supra centum uixisse:non defuere:qui negarent: quēquā nonaginta partiū exortiuaꝝ mensuram quod anaphoras uocant.transgredi atq̄ has ipsas maleficiorum syde rum radiis incidi.Esculapius quoq̄ statuta uitæ spacia a stellis accipi tradidit:Cicero & ipse uitam fato cō stare arbitratus uidetur:Sed ut si quid inquit humanitus accidisset:multa autem impendere uidentur præ ter naturam etiam præterq̄ fatum. Vergilius.Nam quia nec fato merita nec morte peribat:quibus uerbis apparet aliud esse uiolenta morte aliud fato extingui.Hōerus:μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. Item Demosthenes : [illegible] i. Celebrarunt hi omnes fatum:exitum dico quendam naturalē siue fatalem:qui nulla alia præterquā syderum:aut ui & necessitate hominis uitā absumat.contra tn̄ mathe maticam disciplinā syderalēq̄ scientiā accuratissima phauorini philosophi extat disertatio. Plinius quoq̄ mathematicen dānat:sed cum magica disciplina dūtaxat coniunctam.

PHI. Nunquam non:semper.

Coronam lauream gestauit:fulmen lauri fruticem non percutit:ut iquit Plinius in.ii. idem in xv.laurus inquit fulmine sola nō icitur:tyberium principem tonante cœlo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus.

Artes liberales:Seneca lib.xiii. epistolarū liberalia studia ab eo dicta refert:quia homine libero digna sunt:cæterum unum studium uere liberale esse autumat quod liberum facit hoc autē est sapientiæ studium sublime forte magnanimum.Cicero & tacitus liberales artes ingenuas nominibus tanq̄ ingenuis hoībus ingenuæq̄ educatis dignas. Vtriusq̄ generis:græci.s.& latini. Coruinū messalā:diximus alibi familiā messalaꝝ:quæ romæ fuit florentissima nominatam esse hoc nomine a Valerio coruino:qui messanam in sicilia uicit & urbis capte in se translato nomine messana primo appellatus est:paulatimq̄ uulgo permutante litteras messala dictus:unde & messale nominati messalam coruinum inter oratores laudat Quintilianus in.x.his uerbis:at messala nitidus & candidus:& quodāmodo pferens in

caput scalpit

Impunitas medico occidendi
Tuba medicorū
perii elegās dictum
fata regunt

Laurus fulmine non icitur
Liberales artes ingenuæ artes

messala uñ

nunq̄ nō coronam lauream ceruice gestauit:fulmine afflari negatur id genus frondis.

De artibus & disciplina eius.



Rtes liberales utriusq̄ generis studio sissime coluit in oratiōe latina secutus ē Coruinū Messalam: quē senē adolescēs obseruauerat:sed affectatiōe & morositate nimia obscurabat stilū:ut aliquāto ex tēpore q̄ a cura pstantior haberetur.Cōposuit & carmen lyricū:cuius est titulus conquestio de Iulii Cæsaris morte: Fecit & græca poemata imitatus Euphorionē & Arrianum & Parthenīu:quibus poetis admodū delectatus scripta eorum &

dicendo nobilitatē suā:uiribus minor:cū scribat Pli.messalam senē cōdidisse uolumina de familiis romanis existimo fuisse alterū messalā oratorē neoteron' hoc est iuniorē:quē tyberius imitatus sit:ꝑconiū messalæ est luculētū apud tybullū heroico carmine cōtextū de coruino messala oratore dixit tacitus in dialogo de oratoribꝫ.Cicerone mitior coruinus & dulcior & in uerbis magis elaboratus. Affectatiōe:nimia diligentia & curiositate in uerbis exquirendis:unde sermo affectatus dr̄ nimis accuratus & curiose accersitus uerum ut īquit Seneca qs nimis acurate loquitur:nisi qui uult putride loqui.morositate nimia in iulio cæsare latissime explicatū est qd sit morosum.qd morositas.est.n.morositas q̇dā nimia & ob id reprensibilis pensitatio & diligentia.quæ uix sibi unq̄ satisfacit:q̇ ꝑsæpe cā ē:ut oratio fiat obscurior & putridior : dum uerba nimis affectatæ curiosæq; scrutat̄ :ī hoc tyberius messalā imitabat̄.q ī uerbis ut pauloante diximus magis elaboratus fuit q̄ cicero. Ex tpe:oratiōe ex tpali & subitaria:q̄ a cura pensitata & elaborata oratiōe morositas

De iulii Cæsaris morte:iuliū cæsarē dictatorē significat de cuius interitu tyberius carmine lyrico conq̄rebat.cur.s.fuisset interfectus & a quibus & a quot & alia hoc genus. Emphorionē & arrianū : noīa sunt poetaꝝ græcoꝝ:fuit aūt euphorion poeta calcidensis:cuius poema trāstulit gallus.hinc illud maronianū ibo & chalcidico quæ sunt mihi condita uersu carmina.Euforionis meminit Quintilianus in.x.quem ait a Virgilio in bucolicis ꝓbari:arrianus aūt hic:de quo loquit̄ tranquillus:poeta est alter uero post Tyberii tpa fuit arrianus philosophus:a quo digestæ sunt disertationes epicteti maximi stoicoꝝ:secta uero'arriāorum noiata ab arrio hæretico:q obiit genere mortis fœdissimo:dignoq; secta hoīs lutulēta & mēte fetida. Arrianus
nam dum purgat uentrē intestina eius atq; omnia uiscera ī secessus cuniculū defluxere:pthenius uero poeta est cuius locos interdū effinxit Virgilius:parthennii poetæ uersus ille est:Glauco nereoq; atq; maris melicerte:quem ita emulatus est uirgilius glauco & panopee & inoo melicerte.

M.AN. Coronā laureā:Plinius laurus q̄dē manifesto abdicat ignē:& rursus:Tyberiū principem tonante cœlo coronari ea solitū fuerūt cōtra fulminū metus. Vtriusq;:græci & latini generis. Coruinū messalam:Quintilianus:Messala nitidus & cādidus ac quodā mō præ se ferens nobilitatē suā. Obseruarat : & ad stilum & dignitatē referri pōt. Affectatiōe:nimio quodā ad alterius uirtutes emulādas:aut ad sua excolenda studio & conatu. Morositate:tarda:ut Acroni placet deliberatione uel qa a more non a mora ē nimis exacta & quasi fastidiosa uerboꝝ rerūq; pensitatiōe. Obscurabat stilū:q in Messala Fabii testimōio candidus fuit. Carmen lyricum:lyricum carmen apud græcos plures scripserunt:sed omnium Pindarus longe princeps ut Fabius ꝓdidit:cum nemini imitabilē credidit Flaccus:Horatius. Euphorionē:fuit hic calcidicus ad cuius carmen Ver.alludens:ibo inq̄t & calcidico:quæ sunt mihi condita uersu:Carmina pastoris sæculi meditabos auena:Fabius: Quid Euphorionē frustra transibimus:quem nisi probasset Ver. idem nunq̄ certe conditorū calcidico uersu carminum fecisse in bucolicis mentionem.

imagines publicis bibliothecis inter ueteres & præcipuos auctores dedicauit:& ob hoc pleriq; eruditorū certatim ad eū multa de his ediderūt:Maxīe tamē curauit noticiam historiæ fabularis usq; ad ineptias atq; derisum. Nā & grāmaticos:quod genus hominū præcipue:ut diximus : appetebat:eiusmodi fere questionibus experiebatur. Quę mater Hecubæ:qđ Achilli nomen inter uirgīes fuisset:qd sirenes cantare sint solitæ:& quo primū die post excessum augusti curiam ītrauit.quasi pietati simul ac religioni satisfacturus

PHI. Imagines bibliothecis: asinius pollio primus Romæ bibliothecam publicauit.in q̄ imaginē posuit unius uiuentis. M. Varronis: existimās uarronianā doctrinam hoc ornamento peculiariter decorādam.erat apud priscos uirtutum amor & ueneratio.qui dicebāt i bibliothecis eruditoꝝ imagines non solū ex ære sed ēt ut Plinius in. xxxv.ex auro argentoue & merito.In bibliothecis.n.loquunt̄ īmortales illoꝝ animæ:illicq; ingenia hominum rem publicam faciunt. Laudandus in hoc Tyberius:quod imagines & scripta eoꝝ poetaꝝ dedicauerit in bibliothecis quoꝝ lectione in primis oblectabatur. Ob hoc:qa uidebant Tyberium laudatiōe illoꝝ delectari. De his euphorione:ariano & pathēio. Historiæ fabularis:historiam fabularem dicimus cui intexta sunt figmenta fabularum.talis est historia diodori siculi : qui libros suos appellauit fabulosos ob historiam uidelicet fabularem:quāuis titulus & inscriptio diodori sit proprie bibliotheca.& ita Eusebius in ꝑparatiōe euāgelica bibliothecā diodori ꝓ testimonio citat.& hoc est qđ significauit Plinius ī ꝓœmio naturalis historiæ:si mō recte lagat̄:sic.n.iq̄t:apud græcos desiit nugari diodorus:& bibliotheces historiā suā inscripsit.ueꝝ ex ignoratione istius rei factū est ut pperā ī codicibus plinianis ꝓ bibliotheces legat̄ bibliothecis:ē.n.illud bibliotheces genitiui casus:sic.n.loq̄mur.hic iscripsit musaꝝ:alius siluarū. Diodorus bibliotheces.i.bibliothecæ.græca declinatio est ΒιΒλιοθηκη ΒιΒλιοθηκης. Quæ mater hecubæ:Seneca ad Paulinā scribens de breuitate uitæ.operose inq̄t nihil agunt:q in litteraꝝ inutilibus studiis continent̄:quæ iā apud romanos quoq; magna manus est græcoꝝ iste morbus fuit querere quem numerū remigū ulyxes habuisset.prior scripta eēt illas a nodyssea.alia deinceps huius notæ:quæ siue contineas siue ꝓferas nō doctior uideberis sed modestior.Didimus grāmaticus q̄ttuor millia libroꝝ scripsit:in qui-

Bibliotheca diodori
Locus plinii

bus de homeri patria qreiᷓ de æneæ mře uera libidinoſior anacreon an uinoſior uixerit.aa ſapho pudica fuerit & alia id genus:q magis dediſcéda ſunt q̃ diſcéda. Au. Gellius hoc doctrinæ genus urbāiſſime deludit tanq̃ ridiculariū & nugatoriū:minimeq̧ ſuis noctibus cōueniēs. Quītilianus quoq̧ in pr͞io īprobat hāc tanq̃ ſupuacaneā hiſtoriaꝝ ueſtigationē:qua Tyberius grāmaticos expiebatᷓ. ſūt.n.grāmatici ut inquit

Grāmatici Cicero īterpt͞es poetaꝝ uerſanturq̧ nō ſolū circa ſermonē:ſed ēt circa hiſtorias & carmia euagantᷓ. Cor. ne

Litterati pos ait litteratos ꝓprie appellādos eē poetaꝝ interp͞tes:q a græcis grāmatici nominentᷓ eoſdē litteratores

grāmatiſte uocitatos meſſala coruinus auctor ē.qdē grāmaticū a grāmatiſta diſtingūt:ut litteratū a litteratore.tāquā

Litterato-res grāmaticus abſolute & pfecte doctus ſit:ſicut litteratus grāmatiſta uero ſicut litterator mediocriter eruditus. hecuba aūt ſicut notiſſimū ē uxor fuit priami:patrē habuit Ciſſeū:uel ut alii tradūt dymāta.mř ignoratᷓ.

Sirenes Achilli nomē:nota res ē & canit ſtacius:quēadmodū achilles ſub habitu puellari īter filias lycomedis delituit:& dū fœmia creditᷓ deidamiā cōpreſſit.ſed nullus dixit quo noīe fuerit id tp͞is appellatus. nec n.ueriſile ē eū dictū fuiſſe achillē:qđ uiri nomen ē.talia aūt ſtudia pēitus iutilia ſūt nec qdē a limine ſalutāda. Virgines:filias lycomedis ī ſcyro īſula. Sirenes cātare ſint ſolitæ.de ſirēib9 uulgata ſūt carmia poetaꝝ:& nos copioſe ſcripſimus ī cōmētariis ī ꝓpertiū Cicero carmē homericū de ſirenibus in latinū uertit: quo ille ulyxē īuitāt.Sic.n.aiūt o decus argolicū qn puppim flectis ulyxe. Auribus ut noſtros poſſis agnoſcere cātus.Canciūculas ſirenū fuiſſe dulciſſimas poetæ teſtantᷓ.ſed qđ ſpeciatim cātare ſolerēt nemo id ꝓdidit. Seruius tradit unā ex his uoce alterā tybiis tertiā lyra cecinīſſe.ſecūdū ueritatē meretrices fuiſſe autumat quæ trāſeuntes deducebantᷓ ad egeſtatē. Oratius.ſirenū uoces & circes pocula noſtri.īde ſiren uſurpatur ꝑ illicibili uoluptate:idem Oratius uincēda eſt iproba ſiren deſidia. Poſt exceſſum:obimus.

M. AN. Hiſtoriæ fabularis:fabuloſis poetaꝝ narratōibus īſertæ. Ad ineptias:ad ineptam uſq̧ per tractationem aut certe cōquiſitionē. Quæ mater hecubæ:ſic apud ſatyꝝ leges nihil ab his diuerſe grāmaticæ artis profeſſionibus præſcribuntur. Dicat inquit nutricē Anchiſæ nomen patriāq̧ nouercæ Anchemoli dicat quot Aceſtes uixerit annos. Quot ſiculus phrygibus:uini dōauerit urnas. Didymus:Cuius Fabius & Anneus Seneca meminerunt:laborioſam in huiuſmodi queſtionibus ſoluendis operam impendiſſe dicitur. Victorinus in arte īter grāmatici officia enarrationem eoꝝ oīum quæ poetaꝝ carminibus continētur repoſuit:ſed talia ab eo aut quia a nullo unq̃ fuiſſent tradita aut certe quia inuētu difficillima putaret proponi conſueuere:fuit aūt hecube Priami uxor & Dimātis filia. Home. & Oui. ſunt auctores Verg. Ciſſei filiam dixit:Euripidē credo ut Enni. & Pacui. ſecutus εκάβης inquit ille παῖς τέτος φῦς κισσέος.

Achilli inter uirgines:quia muliebri habitu in ſchyro latuit puellare quoq̧ nomē ferre oportuit. Sed qđ illud fuerit ingenue fateor me nunq̃ legiſſe:non magis q̃q̧ Hecubes mater fuiſſent. Quid ſirenes:de ſirēibus uaria eſt opinio:alii ꝑterſicores:nec de numero oīno cōuenit:quidam q̃ttuor tradidere:nōnulli quintam Ariſtoteles tres tātū ꝓdidit:leucoſam:lygiam & parthenopem:qdam eas expiraſſe tradiderunt:quum Vlyſſem ad ſe cantu trahere nequiuiſſent. Orpheus tamē ſuo cantu ſuperatas īteriiſſe ait:illius hæc ſunt in argonauticis σφέας quū de ſirenibus cantu īterim a ſe uictis loquereᷓ:σφέας ἀπὸ σκοπιῆς ἄκρης ἐς βυθὸν δινήεντα ἁλὸς ῥοίοιο χάλασσαν πέτραις δ' ἐξαῦρος δέμας μορφὴν ὑπέροπλον:quod ſi ſic eſt ut argonaui illarum ſcopulos prætereunte cantū uictæ perierint ipſi qui hæc tradiderunt uideant ſi poſſunt quo pacto euenire potuerit:ut Vlyſſem quēadmodū Homerus ī.xii.odiſſeæ ſcribit ita allocutæ: ſint δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' Ὀδυσεῦ μέγα κῦδος ἀχαιῶν:νῆα κατάστησον. Canere:iam & hoc quod diximus ad eius cantum pertinet:huc age ueniens inclyte Vlyſſes argiuoꝝ decus ſtatue nauē:quæ Ci. breuiter admodum & conciſe ita interpretatus eſt o decus argolicum quin puppim flectis Vlyſſe.

PHI. Minois exemplo:minos crethæ res filium habuit nomie androgeū:qui dum athenas ad ſpectaculū celebritate conſpicuum proficiſceretᷓ:a filiis palantis ꝑ inſidias fuit interfectus: cede filii perturbatus minos athenas petiit ſuppliciū interfectoris androgei petens. ſpernentibus eius uerba athenienſibus bellum indixit addita execratione:qua aduerſus athenienſes ſiccitatem famemq̧ imp͞catus igitur cū ſterilitas & peſtilentia regionē atticā īuaſiſſet ex oraculo didicerūt nō prius tātā calamitatem deſuturā q̃ pro androgei cede minoi ſatiſfeciſſent. tūc ex ſedere qđ atheniēſes cū minoe ꝑcuſſerūt. Iſtitutū eſt ut ſeptē pueri totidēq̧ uirgines tributi nomine in cretā minotauro uorādi quot annis mitterētur. hiſtoriā tradūt Plutarchus & diodorus nul-

Execratio minoris

Minois exemplo thure quidem ac uino uerum ſine tibicine ſupplicauit:ut ille olim in morte filii.

De peritia ſermonis græci:& abſtinentia pronunciatus eius.

SErmone græco quāq̃ alias promptus & facilis:nō tamen uſq̧ quaq̧ uſus eſt. abſtinuitq̧ maxime ī ſenatu:adeo quidē ut monopoliū nominaturus prius ueniam poſtularet:quod ſibi uerbo peregrino utendum eſſet:atq̧ etiā in quodam decreto patrum quum ἔμβλημα recitaretur cōmutandam cenſuit uocem: & pro peregrina noſtratē requirendam:aut ſi non reperireᷓ uel pluribus &

la tñ habita mētiōe huiusce sacrificii:cuius in pñtia meminit trāqllus.sed credere debemus minoē ī mor
te filiū androgeos supplicasse nulla mactata uictima:sed tm̄ thure ac uino sineq̧ tybicīe:cū musica in luctu musica ī lu
īportūa res sit.thus aūt & uinū sacris adhiberi nullus ignorat.uñ illud plinianū:mola tm̄ salsa litāt q nō ha ctu īportu
bēt thura.& numa uina libari diis nefas statuit nisi ex uite putata.tybicies quoq̧ sacrificiis ꝑcinere solitos na
historici tradiderūt.Hinc Oui.Cātabat fanis cantabat tybīdia ludis:Tyberius:cū mos fuisset pricipibus se
natū igrediētibus stari ab igressu sacrificare:igressus curiā post obitū Augusti sacrificauit exēplo minoris
ad meroré declarādū:sicut ille fecerat:qdā nō minois exēplo legūt:sed maioꝝ:q̄ lectio si uera ē: tūc sensus
hic erit. Tyberiū sacrificasse ex ritu maioꝝ post obitū Augusti ut olim ipse Augustus sacrificauit in morte
filii Marcelli ut nullū tibiciné nullāq̧ musicā cātioné adhiberet ī luctu prior lectio magis q̄drat.ut exem
plo miois dicat Tyberiū supplicasse usum eo gn̄e sacrificii:quo ille usus fuerat ī funere filii androgei. Nō
usq̧ quaq̧:nō oi loco & tp̄e. Monopoliū:dixius supra monopoliū græcā eē dictionē:q̄ uno uerbo latino
nō facile enūciaueris. Emblema:qdā codices tranqlli hn̄t emblema qdam ꝓblema sed cū ꝓblema elegā Emblema
ter questio īterpretet̄:magis uidet̄ legendū emblema qd̄ in latina lingua nomé nō habet.significar aūt em quid
blema opus id qd̄ ex tenserulis:structū elegāterq̧ uariegatū imperitū uulgus uocat tarseatū:de quo est uer
sus ille lucillianus a Plinio relatus in.xxxvi.arte pauimēta atq̧ emblemate uermiculata.eiusdē Cicero me
minit edius hæc sunt uerba ex li.iii.de oratore lusit elegātissime lucilius q̄ lepide lexis uel syntheses cōposi
tæ uel tessurule oēs arte pauimēto ac emblemate uermiculato. Idem:in bruto nullū nisi loco positū:& tā Emblema
q̄ ī uermiculato emblemate ut ait Lucillius structum uerbū uideres.Idē in oratore.apud Lucilliū scite ex te uermicu
agitat in albutio sceuola q̄ lepide lexis cōpositæ:ut tesserulæ oēs arte pauimēto atq̧ emblemate uermicu lato
lato.sunt præterea emblemata sigilla ex auro uel argēto uasis impressa illigataq̧ & in medio cā ornatus ex
tantia.Seruius enarrans illud Virgilii ex.v.Eneidos.Cratera impressum signis.exposuit pro impressa signa
habentem.i.emblemata.M.Tullius in orōne de signis inflāmanter taxat uerremq̧ uim emblematū coacer
uauerit:quæ oīa uasis siculoꝝ celatis impudēter abstulerat.Iurisconsultus digestis de auro & argēto legato
emblemata uasis & lepidibus inclusa replumbari posse significat:hoc.n.utit̄ uerbo pro eo quod est reuelli Replūbari
& resolui. Pro peregrina:pro græca dictione. Nostratem:latinam romaniq̧ idiomatis.

M.AN. Minois exēplo:uide ne maioꝝ potius sit legendum.Oui.Mox ego q̄uis alioꝝ numía placēt:la
ne tibi primū thura merumq̧ fero.Tranqllus Augustum scribit instituisse:ut patres curiam igressi priusq̄
sederēt thure & mero sacrificarēt. Thure qdem & uino:ita.n.ut dixit Augustus statuerat ut senatores cu
riam ingressi priusq̄ sederent thure & mero apud aram eius dei in cuius templum colerent̄ supplicaret:sed
ipse sacrificandi rō ut Ouidius.innuit omnino uetustior. Peregrino:græco non latino de rōne eius nomi
nis alio loco diximus. ἐμβλήμά:id quoq̧ est ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω impono:hinc quoq̧ ut Seruio placet:
Signa impressa emblemata dicuntur. Nostratem:uocem subaudi.romanam scilicet.

per ambitum uerboꝝ rē enunciādam militem quoq̧ græce
testimonium interrogatum nisi latine respondere uetuit.

De īfirmitate eiꝰ:& qd̄ ad urbē rediēs retrocessit.

Bis omnino toto successus tp̄e Romam redire cona
tus semel triremmi usq̧ ad proximos naumachiæ
hortos subuectus est:disposita statione ꝑ ripas Ty
beris quæ obuiam ꝓdeuntes summoueret.Item appia usq̧
ad septimum lapidem:sed prospectis modo nec aditis urbis
mœnibus rediit.primo incertum qua de causa postea osten
to territus.Erat ei in oblecta mētis serpēs draco:quē ex cō
suetudine manu sua cibaturus quum consumptum a formi
cis inuenisset monitus est:ut uim multitudinis caueret.Re
diens ergo prope campaniam asturæ ī languorem incidit:
quo paulum leuatus circeios pertendit.Ac ne quā suspitio
nem infirmitatis daret:castrensibus ludis nō interfuit solū
sed etiam missum in arenā aprum iaculis desuper petiit:sta
timq̧ latere conuulso:& ut æstuarat afflatus aura in grauio
rē recidit morbum.Sustentauit autem aliquandiu : quāuis

PHI. Per ambitum uerborū:
uocabula reꝝ nō paucissima sūt
apud græcos:q̇ singulis uerbis la
tinæ enūciari nō pñt ut a græcis
uñ pluribus uerbis opus ē ab ea
latīa orōne demōstranda:q̇ græ
ci dicūt priuis hoc ē singularibꝰ
uocibus. Inter hæc in primis gel
liꝰ noiat πολυπράγμοσυνη.
qd̄ iterp̄tari uoce una latīa non
q̇as.significat aūt negationē mul
tā & curiositatē circa res abeun
das.Consimiliter Hieronymus ī
ꝓœmio chrōicoꝝ Eusebii signi
ficatū est iqt aliqd apud græcos
unius uerbi ꝓprietate nō habeo
meū quo id efferā & dū q̄ro im
prete sniam lōgo ābitu uix bre
uis uiæ spacia cōsummo.ambitū
uerboꝝ dici circuitum q græce
noiatur periodos satis notū est.
Nisi latine rn̄dere:institutum
uetus fuit:ut græcis nunq̄ nisi la
tine rn̄sa Romani darent:coge
bāturq̧ græci loq per latinū iter
pretem nō solū Romæ sed ēt in græcia & asia:quo.s.latinæ uocis honos per omnes gentes uenerabilior dif
funderet̄. Secessus.s.capreaꝝ. Trirēmi:triremē iuenit amocles corinthius. Naumachiæ:naumachiam

uocamus & pugnam naualem & locum ubi pugna fit.hic locus significatur: uideturq́ intelligendum esse
naũachia
de naumachia quã Augustus construxit circa Tyberim cauato solo:ubi mox fuit Cæsaré nemus. Statiõe: stationariis militibus per íterualla collocatis. Prodeũtes obuiam.s.Romanos honoris & officii cã prodẽtes obuiam principi redeũti. Appia.s.uia:quã Appius Claudius in censura mũiuit:de qua Papinius:appia longaꝝ terit regina uiaꝝ. Ad septimum lapidem:ad septimũ miliariũ.s.subuectus est Martialis:ad lapidẽ torquatus habet prætoria quartũ.militaria.n.lapidibus cõstitutis terminant.Caius Gracchus auctore plutarcho singulis miliariis colũnas lapideas spatiis signa præferentes cõstituit. Nec aditis:prospexit mœnia tantum nec introiuit. Primo:quando usq́ ad hortos subuectus est. Postea:secũda uice. Serpens draco:
Draco ueñea nõ hẽt
scribit Plinius libro undetrigesimo draconẽ nõ habere uenena & primũ spondylum id est uertebram draconis mulcere aditus potestatum.draconũ adipem uenenata fugiũt. Quem cibaturus:signat draconẽ fuisse exarmatũ.exarmatas aũt feras dicimus mansuefactas:q uero docent mansuescere mansuetarii uocant.
Spondylos
Exarmatæ feræ mansuetarii
matutinum donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo ut bucino aliquo. idem post Paulum: cum aduesperascit in alueo strepunt: minus: ac minus: docet una circunuolet eodem quo excitauit bombo ceu quietem capere imperans. ennius sonum pedum bombum pedum dixit. Imbrices: tegulas esse ad tegenda culmina domorum nullus ignorat. unde a Plauto dictum est: meas confregisti imbrices & tegulas ibi dum condignam te sectaris simiam. dicitur autem imbrex & masculino & foeminino genere sicuti docet Seruius enarrans illud Vergilianum. Augustiq; imbrice tecti parietibus praemunt artis ab imbrice imbricatum deriuatur. unde Plinius cypriam laurum esse scribit folio breui nigro per imagines imbricato culpa. idem ait linguam esse felibus imbricatae asperitatis ungues testae eodem sunt simiae imbricati: imbricati est non tam imbrices conficere: q̃ imbricibus tegere. Sidonius. tegulis imbricarent. Testas: a similitudine crepitus sonitusq;: quem efficiunt imbrices testaeq; complosae: genara plausuum sic uocabant de crepitu testarũ ait Iuuenalis sic scribens: non capit has nugas humilis domus audiat ille testarũ crepitus cum uerbis. columella in. x. de apibus scribens ait. crepitaculis aereis aut testarũ plerunq; uulgo iacentium terreat fugiens iuuentus. testae etiam dicunt calculi: quos graeci ostracos uocant. unde ostracismus. quod nomen est exilii. testarũ suffragiis exilio mulctati fuisse produnt temistocles & cymon. super quo affatim in libro annotationum perscripsimus. a testa fit aduerbium testatim: quod significat comminutim. De lagenis. quae sunt uasa testacea scriptum legimus in instrumento ueteri in libro iudicum: ex quo uerba haec exscripta sunt. coeperunt buccinis clangere & cõplodere inter se lagenas. scabellorũ quoq; crepitus inter haec numerari posset: quae concuti solita post finitam fabulam testatur. M. Tullius in oratione pro celio. cum ait. Deide scabella concrepãt auleũ tollitur: ex hoc in Caligula dictum est. Repente magno tibiarũ & scabellorũ crepitu cum palla tunicaq; talari prosiluit. Operam nauarent: ministrarent. uoluit. n. nero ut sibi cã tanti praesto essent atq; inseruirent ministri bene unguenati & elegãter culti: quo fieret spectabilior. Pinguissima coma: propter densitatem capillorũ & unguẽti inspersionem. Sine ãnulo leuis: ut omnes essent annulati annulũq; in leua hoc est sinistra manu gestarent. cur aũt leuis manibus honos annulorũ dicatus fuerit potiusq̃ dextris: diximus in primo commẽtario. Duces: rectores puerorũ. Merebant quadragena milia: hoc propter equestres cẽsus dictum est: qui sestertia. cccc. continebãt. merere autem est quaestum capere & eum quidem ut expõit Nonius sordidissimum. Marcus Varro. aes militare merebat. unde mercenarii & meretrices dicũtur: super hoc uerbo satis ac super in primo commentario. Neroneũ agona: certamen: quod quinquenale instituerat: appellauitq; a nomine suo Neroneum: agon enim graece certamen nominatur. Ante praestituram diem: nundum exacto quinquẽnali tẽpore: quod legitimum praescripserat: inter duo certamina neronea: ut superius demonstratum est.

Bombũ

Imbrex

Imbricatũ

Imbricanti

Testarũ

Testorũ

Ostracismus

Scabellorũ crepitus

Merere

Agon

M. ANTO. Robustissime & ob id firmioribus pditae lateribus. Infactiões: i diuersos cuneos. Plausuum genera: ut quaeq; factio suo modo sibi canenti plauderet. Bombos: ĩbrices & textas uocabãt: haec omnia per parenthesim legenda: bombus uox ficticia est quae uno modo proprie apiũ Varro si intus aluum bombus faciunt Plinius donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo ut buccino aliquo bõbos ab ipso sonitu quem plaudendo imitabantur appellauit. sic imbrices & testas: ab simili quodam ĩbricũ & collisarũ testarũ strepitu. Operaq; nauarent: nisi accurate distinguas non procedit qđ sequitur excellentissimo cultu pueri quum superius iuuenes & adolescẽtes appellarit: erit igitur hic ordo elegit. qui plausuum genera condiscerent operamq; nauarent uario intellige plausu: bombos imbrices & textas uocabant: & haec ut dixi per parenthesim: canenti sibi pueri pinguissima coma operam nauarent hoc est ministrarent ut bis idem uerbum repetas pinguissimam autem comam unguento delibutam uel certe dẽsam accipe. Nec sine annulo leuis: id est leuis omnium manibus annulum habẽtibus cur leua potius ab initio annulo fuerit insignita suo loco ex Plinii & Gellii auctoritate ostendimus illud adiiciam quod prio re loco non diximus praeter ea quae a Plinio & Gellio tradunt Macrobius ait iccirco annulum sinistrae manui ab initio datum ut res admodum praeciosa & in deliciis habitae non tam cito usu attereretur: quidam uero ac habent non nec alii lenis non leuis sed is ut diximus uerior est sensus ut omnia ad illud referas quod excellentissimos dixerat fuisse cultu praeditos. Quorum: puerum. Duces: praefecti. Merebant: salarii siue stipendii nomine capiebant quanta fuerit Neronis luxuria quũ ex multis aliis quae postea dicentur tum ex hoc ipso intelligi potest quod tam turpis ordinis duces tam grandẽ in re inepta merent pecuniam appareatq; necesse fuisse ita euenire ut Eusebius ait esse illi centies centena millia decreto patrum quotannis publice subministrata. Etiam Romae: quum iam Neapoli scoenam prodiuisset. Neronem agona: quinquennale certamen musicum Gymnicum & equestre ab se institutũ quod neronia appellauit. Ante praestitutam diem: ante quinquennium.

caeleste uocẽ respõdit quidem in hortis se copiam uolẽtibus facturũ: sed adiuuante uulgi preces ẽt statione militũ q̃ tũc excubabat repraesentaturum se pollicitus ẽ libẽs ac sine mora nomẽ suum in albo profitẽtium citharedorũ iussit ascribi: sorticulaq; in urnã cum caeteris demissa intrauit ordine

PHI. Celestẽ uocẽ: ob hoc dixit Tacitus plausores nerõis uocẽ solitos appellare uocablis deorũ. Copiã: uocis suae: quã illi caelestẽ appellabãt. In hortis: nero niãis. Quae tũc excubabat: alius alia nocte excubabat uicissimq;

in statiões militares excubituri succedebát. Qu. curtius iá alii ex cohorte i statiõe successerát ante cubiculi fores excubituri. & Virg. ait iu. ix. omnis p muros legio sortita periclũ excubat exercetq; uices quod cuiq; tuẽdũ est. idẽ post Paulo. uigiles simul excitat illi succedũt seruátq; uices statiõe relicta. Repræsentatuȩ: statim se in psentia cũctoȩ exhibituȩ. In albo cytharedoȩ: quẽadmodũ albũ decurionẽ albũ ptoris dicebat: de quo affatim iá diximus. ita albũ cytharedorũ uocabat: i quo nomina cytharedoȩ pscribebant: quádo certamẽ musicũ pfitebant. nero ne dignũ qdẽ tráuersum a cytharedica lege discederet: uoluit nomẽ suũ tanq̃ cytharedus ascribi in albo cytharedoȩ. ab Apuleio dicẽter dictũ est albũ musaȩ translatiõe nõ inuenusta: apud quẽ sic ait Iuppiter i. vi. de asino aureo. Dei cõscripti musaȩ albo mẽdosi sunt codices Apuleiani. in qbus p albo pperá legit alno. pcliuis fuit lapsus & error obuius ex litteræ finitimæ iuersiõe.

Album cytharedoȩ
Albũ musarum
Mẽdo i codice apulei

Sorticula in urná: nulla progatiua uoluit nero pcellere. sed more reliquoȩ: sortitus ẽ: & ubi sors sua exiit ex urna: quá sorticulá υπ ωκόριστικωσ. uocát: tũc intrauit in musicũ certamẽ. Cythará sustinẽtes. põpaticus Neronis cytharedi itroitus signat: q itrauit in certamẽ cytharedoȩ: cũ cythara: qua ipse erat usurus: sustineret a psectis ipm comitantibus una cũ tribuuis & iterioribus amicis: sed pfecto talia principẽ dedecẽt magis q̃ decent. meritoq; Apollonius iterrogatus a tigillino quid sentiret de nerone. melius iquit sentio q̃ uos. cátare. n. uos illũ dignũ putatis. ego aũt dignũ tacere. Peracto pscœnio: pulpito pparato: de quo supra diximus. Alii codices & fideliores habent peracto principio: ut sit sensus Neronẽ pronúciasse se cantaturũ fabulam niobes post peractũ principiũ: quo cytharedi uti solent emerendi fauoris gratia anteq̃ legitimũ certamẽ inchoent. id prohemiũ græci nominauerũt: latine principiũ dicimus. unde prohemia oratorũ translata sunt auctor Quintilianus in qrto. Per cliuiũ ruffum: tanq̃ is præconis officio fungeret: quo res esset magnificentior de. Mar. Cliuio Ruffo mentionem facit. Cor. Tacitus: qui ait cliuiũ Ruffum fuisse apd uitelium criminationibus petitũ a liberto ipsius uitelii. tanquam propriam potentiam potestatemq; tentasset: sed auctoritas cliuii præualuit ut puniri ultro libertum suum uitellius iuberet. de eodem sic alibi refert Hispaniæ præerat cliuius Ruffus uir facundus & pacis artibus bellis inexpertus: ferunt neronem cum per hũc cluuium ruffum pronunciasset se niobem cantaturũ cantasse in theatro Pompeii. mox Lucanũ poetá ex tempore orpheũ recitauisse: quo audito iudices coronam Lucano dederũt quod adeo egre tulit nero: ut theatro interdixerit Lucano: phibueritq; carmina ostentare. hæc potissimũ cá accendit postea extimulauitq; poetam cordubensem ut in pisoniana coniuratione conspiraret in Neronem.

dictũ apollonii
Prohemiũ cytharedorum
clauius ruffus
Lucanus neronem

M. AN. Cœlestẽ uocẽ apta ppli assentatio quũ exilẽ & fuscá fuisse cõstet: nisi forte ad psonæ dignitatẽ alluserint. In hortis: Neronianis q ea parte urbis fuere ubi hodie tráftiberinæ uirginis tẽplũ est situ. Stationariis militibus: uulgi pces iuuantibus qppe q studio efflagitabant ut publice cantaret: nõ in hortis quo haud oibus patuisset accessus. Repræsentaturũ: in conspectũ daturũ. In albo: quo citharedorũ certare uolentiũ scribebant nomina: sic Nero se in ordinẽ redegit. Sorticula: diminutiuũ a sorte. Ordine suo: primo altero ue loco quo uidelicet sors eius urna fuerat educta. Cythará: qua ille usurus erat. Iuxtaq;: post tribunos ipsos. Constitit: in conspectu stetit. Peracto principio: prohemio quo ad conciliandũ fauorem citharœdi uti consueuere: Quintilianus & cytharedi pauca illa q̃ ante q̃ legitimũ certamen inchoent emerendi fauoris gratia canũt prohemiũ uocauerũt. Cluuium ruffum: Cornelius perat inquit cluuius Ruffus uir facũdus & pacis & artibus belli inexpertus.

suo simul præfecti prætorii citharã sustinẽtes: post tribuni militũ iuxtaq; amicorũ intimi. utq; cõstitit pacto principio Niobẽ se cãtaturũ p Cliuiũ ruffũ cõsularẽ pnũciauit: & in horã fere decimã pseuerauit: coronãq; eã & reliquam certaminis ptẽ i ãnũ sequẽtẽ distulit: ut sæpius canẽdi occasio eẽt qd quũ tardũ uideret: nõ cessauit idẽtidẽ se publicar: nõ dubitauit etiã in priuatis spectaculis operã iter scenicos dare quodã ptoȩ sestertiũ decies offerẽte. tragœdias quoq; cãtauit psonatus heroũ deorũq;. Itẽ heroidũ ac deatũ psonis effictis ad similitudinẽ oris sui & fœminæ prout quanq̃ diligeret: iter cetera cãtauit Canacẽ parturiẽtẽ: Orestẽ matricidã

PHI. Niobẽ: fabula niobes a nobis copiose pscripta est in primo ppertii cõmẽtario: illuc te si quid desideras remitto: ne sæpius eadẽ & maxie fabulosa dicantur. Perseuerauit: in fabula niobes cãtãda. Coroná: cytharedi cá. Certáiuis: musici: qd illo die peractũ nõ est. Distulit: ptaxit. Idẽtidẽ: frequenter publicare. suæ uocis musiceq; i publico facere ptãtẽ. In priuatis spectaculis: auctor ẽ philostratus i. v. apollonii cãtasse nerõem in taberna caupõaria nudũ & femorabilius dũtaxat amictũ: nõ secus ac si esset sordidissimus cauponũ. Tacitus quoq; auctor est fedũ fuisse i nerone studiũ cytharæ ut ludicrũ i modũ caneret: q ẽt clausus in ualle uaticana equos regebat haud pmiscuos spectaculo mox ultro uocare cœptus est populus Romanus qui uideret aurigantẽ sicut uiderat cytharizantẽ. Inter scenicos: histriones. Quodam prætorũ: alibi annotauimus prætores & ediles solitos exhibere ludos & spectacula: itaq; & fabulas emebant & histrionum græges præcio conducebant ad scenicam artem agendam: igitur cum unus ex prætoribus offerret ingens precium: nero ueluti conductus histrio exercuit histrionicam. Tragœdias

cātauit psonatus:psona tectus more histrionū:q psonati fabulas agebāt:hinc ab oratio personatus pater di- Personatus
ctus senex de comedia.antiquitus galeris nō personis mimmi utebanť.personis uti primis cœpit Roscius
Gallus præcipuus histrio:q oculis subuersis erat:nec satis decorus.hic in personis solos parasitos pronūcia-
bat.illud obiter annotādū personatos ꝓprie uocari histriones attellanicos:qa ius ē his nō cogi in scena po
nere psonas:quod cæteris histrionibus pati necesse est.personata quoq; fabula dicta ē quæ agiť a persona- Personata
tis histrionibus. Heroū:de heroibus abūde scripsimus in notis seruii. Heroidū:heroidas nūcupauit an- fabula
tiquitas fœminas clariores:quales sunt heroū uxores & filiæ:papinius ī tertio siluarū qua ueteres latias gra Heroides
tiasq; heroidas æquas Sidonius quoq; ait ī panegyrico transcēdūt hic heroas.heroidas illi a ꝓpertio nomi Heroine
nanť heroinæ:sicut in cōmentariis annotauimus. Personis effictis:figuratis formatis effigiatisq; uulgus sē
midoctū laruas:appellitat:quæ psonæ dicūť.apud latinos scriptores:quod quidē meminerim uix uno ora
tiano loco inuenies laruā usurpari pro psonæ significatu: sic.n.īquit oratius in sermōibus.nil illi larua aut Laruæ
tragicis opus esse cothurnis.aliogn larnæ dicūtur uetere latina lingua animæ defunctoꝝ umbræq; noctur
næ:quæ ꝓpter aduersa uitæ merita errabūde ceu quodā exilio puniunť.quæ inane sunt terriculamentū
bonis hominibus noxium uero malis de qbus luculenter scribūt Martiāus & Apuleius.quinetiam Augu-
stinus in.ix.de ciuitate dei animas ingt hoīum dici lemures seu laruas si mali meriti sunt.i de laruati furio laruati fu-
si dicti & mēte moti quasi laruis exciti. Oris sui:hoc referendū est ad psonas heroū & deorū. Et fœmiæ riosi
scilicet personis effictis ad similitudinem fœminæ adamatæ & hoc referendū ad heroidas ac deas. Cana Historia ca
cem parturientem:fabulā canaces:de q̄ extat nasonis epistola:de qua Plutarchus scribit hæc historico stilo naces
eolus rex tuscorum ex amphitea filias sex & mares totidē suscepit.Macharius omnium ætate minimus so Exēplū ca
roris canaces amore incensus eam uiolauit: qua ex re conceptus infans uagitu rem prodidit.pater itaq; fi- nuliæ
liæ mittit ensem:quo accepto illa rē flagitiosam intelligēs necē sibi consciuit. Idemq; Paulopost machare-
us fecit.consimile exemplū est canuliæ adamatæ a fratre Romāo:quā grauidā ubi pater papirius resciuit fi
liæ misit ensem:quo se puella cōfodit.Idē romanus factitauit. Orestē matricidā:de oreste:q īterfecit ma-
trē clytēnestrā ut ulcisceret patrē agāmenona:adeo mľtæ scriptæ sunt tragœdiæ ut dixerit maro ī quarto
eneydos.aut Agammenonis scenis agitatus orestes.apud rhetoras exemplū est memoratissimū:& quo fere Orestes ma
omnes usi sunt an iuste orestes matrem occiderit:scribit probus orestem post matricidium ex responso di- tricida
dicisse:quod deponeret furorem:si ablueretur flumine:quod septem fluminibus confunderetur.itaq; diu
uexatus tandem purgatus est matris nece ī agro rhegino apud flumen:cui septem fluuii miscentur:cuius:
rei meminit Varro libro decimo rerum humanaꝝ.diciť orestes post necis maternæ expiationem: abiēs re
liquisse ensem in arbore & templū Apollinis edicasse.Lāpridius refert orestem se purificasse apud tria flu-
mina circa hæbreū & orestam condidisse ciuitatem:quam sanguine humano cruentari necesse erat.

M.AN. Niobē:fuit hæc amphionis thebani cōiūx.nota est fabula quoniā Niobe thebanas mulieres in-
crepuisset ꝙ latonæ sacra facerēt nō sibi:quæ tā nūerosam prolē enixa eēt: tota soboles ab Apolline & dia
na iratis extincta est.Iu.Parce ꝓcor pean & tu depone sagittas.Nil pueri faciūt ipsam cōfigite matrē:Am-
phiō exclamat:sed peā nota sunt reliqua:de filiorū numero uaria oīno traduntť:gellius est auctor. Perse
uerauit:canere. Coronāq; eā:quā ex eo certamie ut uictor expectabat. Reliquā certaminis partē:qď resi
diū erat agonis nā ad exitū perduci nō est passus. Tardū:uidereť expectare dū annus circūageret. Iden
tidem:sæpius. Publicare:publicis spectaculis canere seu publice operā locare. In priuatis.priuato nomi-
ne editis:quod potuit adhuc turpius existimari. Quodam prætorū:uno ex prætoribus siqdem prætores
publice ludos instruebat qui honorarii dicebanť.Iu.Nec dubitant celsi prætoris uendere ludis. Persona
tus persona uelatus participiū sine uerbo:psona tegmen est quo senicorū os tegiť diciturq; ut.C.bassus gel
lio auctore existimauit a psonādo quare os persona tectū quū una sit uia qua uox manare possit relicta ma
gis sonare uideať enūtiare:significat alioquin psona qualitatē quādā qua alius ab alio differt:tum aīo tum
corpore tū exteris. Heroū horoes semi dei ut suidas interpretatur uiriq; antiquitus geniti ἥρωες inquit
ἡμίθεοι χώλιατοι παλαιοὶ πρὸ τούτου τινὲς εἰσὶ. Heroidū:illustriū fœmiaꝝ q̄ cū heroibus ipsis iūxere.
Effictis:deliniatis. Ad similitudinē oris sui:quū deoꝝ alioquin aut heroū uideri & dici uellet. Cana-
cē:æoli & cleopatræ ex genere lestrigonū filiā:quæ cū fratre concubuit. Orestem:agamēnone & clitēne-
stra genitum. Matricidā:qui ī ultionem patris clitēnestrā matrē occidit sophocles ea fabula q̄ ἠλέκτρα
inscribitur rem oēm late exequitur Cicero sororicida quoq; usus est parricida inquit fratricida:sororicida.

PHI. Oepidodē excecatū: tragœdia extat ap̄ senecā.cui titulus ē edipus:ī q̄ itroduciť seipm excecās:si- Edipus edi
biipsi oculos funditus euellēs:postq̄ facta & īfandū scelus dep̄ndit de œdipo siue œdipode scribit diodo podis
rus in gnto edipus tertii ordinis ē.facit.n.genitiuū edipodis:& ita īflectiť sicut melāpus melāpodis:quāuis
plautus ablatiuo casu edipo di-
xit pro edipode.sic.n.ait in penu
lo:nam isti quidem hercle oroni
edipo opus est coniectore: qui
sphyngi interpres fuit.de Nero-
ne cantāte fabulas sic scribit phi-
lostratus quid de homie dicam:

Oedipodē excecatū: Herculē insanum:in qua fabula fama
est Tyrūculū militē positū ad custodiā aditus: quum eū or
nari ac uinciri cathenis: sicut argumentum postulabat:ui-
deret accurrisse ferendæ opis gratia.

qui Augusti Iuliiq; habitu deposito cantoris uestes assumit:& creontis edipodisque facta dictaue ex amu sim scire tanti existimat:ut maxime reprensionem timeat si quid in schola sceptroue deliquerit. Herculem insanum:tragoedia scribitur a Seneca:cui ab argento insaniae titulus est hercules furens:ubi inducitur furore extimulatus laeto dare filios & uxorem:& hoc est:quod dixit Aristoteles in problematis: herculem per mentis excessum in liberos seuisse. Tyrunculum: nouum primoq; tantum tyrocinio militiae imbutum.diminutiuum est tyronis:Hieronymus foemi.genere tyrunculas puellas appellat. Aditus: introitus illius loci scenici:in quo nero erat agens herculem. Vinciri cathenis : in scenecae tragoedia argumentum hoc non ut hercules cathenis uinciatur.inducitur quidem Theseus:ad furibundum herculis insani impetũ cohibendum sed sine uinculis. Ferendae opis gratia:accurrit tyrũculus ut opitularet̃ principi:tanq̃ ne ro reuera uincirer̃:q ideo obligabatur:ut impleret argumẽtum fabulae:cum ageret herculem insanum.dixit Plato hominem esse ludibrium dei sed nero factus est ludibrium hoiũm cõtemptor famae: incuriosus impatoriae maiestatis:dũ cantat in theatris:dum gladiaturam exercet iter gladiatores uiuens:dum quadrigam regit uelut auriga.equales dii boni eruditis sermões pbuit priceps tã sordidus tãq; mãcipatus oibus probris ac dehonestamentis. Equorũ studio:cum equitandi pitia sit probabilis non uituperatur nero ex eo q; esset equitãdi scius:sed q; aurigarũ instar regeret equos quadrigarios. nimioq; studio talium equorũ teneret. Quanq̃ uetaret: sententia oratiana est naturam expellas furca tamen usq; recurret: itidem nero temperare non poterat:quo minus sermocinaretur de equis currentibus in circo: quis rectores eius pueritiae ac pedagogi uetarent eum habere sermunculos super cursoribus equis & aurigis. apud Xenophontem equitandi studium adeo probat̃:ut psae dicant̃ nihil nõ agere ex equis quorum filii in primis discebãt equitare sagittare.& uera dicere.iustinus quoq; tradit parthos adeo equo studio teneri. ut equis omni tẽpore uehant̃:illis bella:illis conuiuia illis publica ac priuata officia peragant super equos ire consistere mercari colloqui consueuerunt.deniq; hoc discrimẽ inter seruos liberosq; est:quod serui pedibus liberi nõ nisi equis incedunt. De circensibus.scilicet ludis:q equorũ cursu celebrant̃:in quibus bigae quadrigaeq; agitant̃. Quaerens:conquerens dolens. Tractum,s.impetu & ui equorum.quadrigis agendis tracti rotae uulnerati & quoquo mõ sanguine contuso curabant̃ fimo caprino auctor Pli.in.xxviii. Prasinũ agitatorem:aurigam prasinae factionis:de qua habundae diximus in caligula.

Hercules insanus — *Tyrũculus* — *Homo ludibriũ dei* — *nero ludibriũ hominum* — *psae ex eqs omnia* — *medela sanguinem cõcussum*

M.ANTO. Oedipodem:Laii thebaru n regis & iocastae filium papinii carmine satis notum sed sophoclis fabula quae oi̅ διπους inscribitur adhuc notiorem. Excecatum : cognita enim prius caede nefarioque cum matre incesto se luminibus priuauit Papinius Mox auidus poene digitis cedentibus ultro incubui miseraq; oculos in matre reliqui. Herculem insanum ; furentem Annei senecae fabulae Hercules furens inscribitur. Tyrunculum:non multo ante inauctoratum & icciico eorũ quae gerebantur omnino rudem. Aditus:eius loci in quo Neroni herculis persona inducebant̃. Argumentum: ratio & materia fabulae. Accurrisse:impetum in eos qui neronem ornabat fecisse. Ferendae opis gratia:ut uelut ad supplicium iuncto opem ferret. Equorũ studio:aurigandi cupiditate. Flagrauit: incensus fuit uehementi est studio prosecutus. Vetaretur a praeceptoribus & pedagogis. De circensibus ludis:quibus inerant quadrigarum cursus. Tractum: distractum ab equis. Prasinum : prasinae factionis agitatorem aurigam sic spartianus amauit inquit & aurigas:prasino fauit.

PHI. De hectore : hectorem circa menia troiana tractum fuisse ab achille in patrocli ultionem nemo mediocriter doctus ignorat:qui uel saltem legerit illud maronianum:ter circum iliacos raptauerat hectora muros:homerus uero in.xxiiii.iliados scribit quod achilles iunctis ad currum equis hectorẽ alligauit: & ter circum defuncti patrocli sepulchrum traxit:inde ad tabernaculum reuersus in puluere pronum dimisit:Nero cum castigaretur a magistro:quod immodice doleret de agitatore prasino ab equis distracto: ut se purgaret dixit se loqui de hectore:qui & ipe pariter fuerat tractus ab achille.quod autem nero fuerit prasinae factioni indicat uel ille epigrammatarii poetae uersiculus :uicit nimirum non nero sed prasinus.

Hector tractus circa sepulchrũ patrocli

Eburneis:quadrigis:existimo hoc referendum esse ad ludum puerilem:mos enim puerorum est:ut quadrigas ex ebore alia ue materia conficiant cum quibus lusitant: atq; oblectantur:poene simile est illud Oratianum edificare casas plostello adiungere mures: nero utpote puer in initio principatus cum studio equorum immo dico teneretur quadrigas habebat eburneas : quibus super abacũ ludebat:est aũt abacus mẽsa uasis escariis potoriisq; continendis accommodata : cuius multa mẽtio est apud scriptores:nõ credo abacum accipi p tabula luso

Abacus

De studio eius aurigandi citharizandi & aliis gestis.

Equorũ studio uel praecipue ab ineunte aetate flagrauit:plurimisq; illi sermo quanquam uetaretur de circẽsibus erat & quondam tractum prasinum agitatorem inter condiscipulos querẽs obiurgãte magistro de Hectore se loq ementitus est: sed cũ iter initia iperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet:ad oẽs minios circẽses secessu cõmeabat primo clã deide ppalã:ut nemini dubiũ esset eo die utiq; affuturũ:neq; dissimulabat uelle se palmarũ nũarũ ãpliare. Quare spectaculũ multiplicatis missi

libus in serũ ꝑtrahebať:ne dõinus qdé iã factionũ dignantibus nisi ad totius diei cursũ greges ducere. Mox & ipse aurigare atq͙ ét spectari uoluit sæpius positoq͙ in hortis iter seruitia & sordidã plebem rudiméto uniuersorũ se oculis in circo maximo præbuit:aliquo liberto mittente mappá : unde

ria: quia non memini legere me abacum usurpari in hoc significato : soleo autem ad auctoritatem scriptorum tanquam ad anchoram confugere : quæ nullo auctore subnixa sunt ea tanq̃ titubantia non procliuiter amplector.alias abacus significat tabulam calculatoris & geometræ.de quo Martianus in libro geometriæ:abacus nuncupatur res depingendis designandisq͙ oportũa formis: sunt etiam abaci ornaméta columnarum: præcipit Victruuius in tertio de architectura abacum debere esse longum & latum q̃ crassa columna est.

Minimos circenses:etiam minus celebrata spectacula. Secessu:uel q͙ ipse ex secessibus repente conualeret in urbem causa circensium spectandorum:ueluti pluris faciens uoluptatem ludicri circensis q̃ amenitatem secessum:uel q͙ sensim secedebat ad circenses spectandos. Affuturum : quotiensc͡uq͙ uel minimi circenses Romæ fiebant persuasissimum erat omnibus Neronem ludicro inter futurum q̃uis id temporis foret absens coleretq͙ secessus:omnes enim nouerant quanto studio equorum curruliumq͙ ludorũ flagraret princeps auriga:qui non de equis:sed de hominibus regendis meditari debuisset:si quid in illo fuisset priscæ uirilitatis. Neq͙ dissimulabat:aperte fatebatur demonstrabat. Palmarũ numerũ:alibi annotauimus ex Liuii auctoritate romanos translato e græciam more uictoribus ludorum palmas dare solitos:nero uolebat ampliare hoc est numerosiorem facere palmarũ numerũ:quæ uictoribus dabantur: ut ita spectacula circensia fierent prolixiora diuturnioraq͙. Multiplicatis missibus:ut scilicet missus plures currentiũ equorũ exhiberentur:quam prius soliti essent exhiberi:de quibus scripsimus in Claudio. In serũ:in serotinam diei partem & uespertinam. Dominis factionũ: prasina & ueneta factio reliquæq͙ aurigarũ factiões suos habebant dominos:qui post multiplicatos a Nerone missus non dignabatur ducere greges equorum quadrigarios ad currule certamen.nisi currere deberent in omnibus missibus:per totum diem : domini auté factionum tanto fiebant opulentiores:quanto plures erant Circenses missus:& ludi:ex quo est illud lampridii innita commodi:Circenses multos addidit ex libidine potiusquam religione:& ut dominus factionum ditaret. Aurigare:uice aurigæ agere quadrigas & trigas:scribit Plinius ꝛNeronem trigario solitum se approbare : qui si curru euersus tractusque ab equis fuisset recreabatur epoto cinere caprini fimi ex aqua.

Palme uictoribus

domini factionum

medela nerõis tracti ab equis

Posito rudimento:deposito tyrocinio aurigandi exutaque nouitate aurigationis. Inter seruitia : inter seruos & plæbeios uiliores. Mittenté mappam:signum currenti dante: idest in circo sunt carceres : unde emittuntur equi ad cursum:Cum magistratus signum misit.ut scribit Varro: erat autem antiquitus mappa signum: qua missa equi cursum Circensem auspicabantur : de qua intelligendum est illud ab epygrammatario poeta dictum cretatam prætor cum uellet mittere mappam:hinc etiam Quintilianus dixit mappam circo usitatum esse nomen:propterea : quod in Circensibus spectaculis pro signo mittebatur a magistratu:cum autem officium prætoris id foret:ut signum daret equis ad cursum emittendis: uoluit nero id ab aliquo suorum libertorum dari. Vnde:ex carceribus.

Mappa signũ i cursu

M.AN. De hectore:nã Hector ab achille circũ pergama:ut Homerus ait est distractus. Ver.Ter circũ iliacos raptauerat hectora muros.Ouidius hic lacer admisso terruit : Hector equos:quia igitur uterq͙ tractus locus médacio nõ defuit. In abaco:Tabula nũc luxuriosa quũ & mẽsa fit:in qua potoria cõstituunť uasa.Iuuenalis.urceoli sex ornamentũ abaci. Minimos circẽses:minus celebres. Secessu:hora secessus:q̃si dicat deãbuládi hora secessumq͙ petẽdi uel quod magis placet ex suburbanis locis aut oppidis littoralibus in q̃ secedere consueuerat circẽsiũ die romá cõmeabat:ut nemo nõ itelligeret illũ oĩbus mimis.i.oĩbus circẽsibus ludis affutuꝝ posset & minimos legi ut sit sensus nõ modo nõ celebriores circenses passus est se absente celebrari sed & minimus etiá interfuit. Palmarũ numerũ ampliare:maioré facere : ut quo plures essent palmæ eo frequentiores equorum missus sed missus ferarũ quoq͙ dicebanť ut est supra significatum nec missus tantum sed missio quoq͙ dicebať:Spartianus in munere publico tam magnanimus fuit ut centum leones una missione simul exhiberet. Dignantibus:cũ ne iugito ut sit sensus & ordo dominis factionũ neutiq̃ dignantibus quadrigarũ gregem producere nisi ad totius diei cursum palmæ proponerenť:sic quadrigarũ uim immodica expssit:nam maiore opus erat numero quo pluribus missionibus equi ad cursum ꝑducerenť. Aurigare:quadrigas agere. Seruitia:& sordidã plebem.q.d.sordidissimis humilimisque quibusq͙ spectantibus. Rudimento:noua aurigatione. Præbuit:dedit se auriganté oĩbus in circo spectãdũ. Aliquo liberto:ex ipsis libertis uno. Mittẽte mappã:quidam intelligũt ueteri instituto mappã a ꝓtore uictori aurigæ mitti solitã.Mar.Cretaram prætor quũ uellet mittere mappam surripit Hermogenes:alii in quibus est cassiodorus certum putat fuisse futurorum circẽsium signũ quum mappa a prætore ostenderetur ad quod.Iuue.allusisse uideri potest interea megalesiacæ spectacula mappæ ideum solemnæ colunt.

PHI. Magistratus : docet Liuius in.viii.ab urbe condita prætores solitos quadrigis mittentis signum dare:unde cum olim Lucius plaucius prætor graui morbo esset implicitus dictatorem creauerunr: qui ludis Romanis signum daret:quadrigis emittendis:qui eo ministerio functus dictatura se abdicauit:nec mirum uideri debet ob rem leuiculam creatum esse dictatorem qui interdum creabatur causa figendi claui:

Dictator causa signi dandi

magiſtratus ſolent. Nec cõtẽtus harũ artiũ expimẽta Rõæ dediſſe achaiã: ut dixius petiit hic maxie motus inſtituerat ciuitates apud q̃s muſici agones edi ſolent oẽs cytharedorũ corõas ad ipſũ mittere.eas adeo grate recipiebat ut legatos q ꝑtuliſſent nõ mõ prios admitteret:ſed ẽt familiaribus epulis interpõeret:a qbuſdam ex his rogatus ut cãtaret ſup cœnã:exceptuſq; effuſius ſolos ſcire audire grçcos:ſoloſq; ſe & ſtudiis ſuis dignos ait:nec ꝓfectione dilata ut primũ Caſiopẽ traiecit:ſtatim ad aram iouis Caſii cantare auſpicatus ẽ.

De certaminibus & exercitio eius in dictis diſciplinis.



Ertãina deiceps obiit oia.nã & q̃ diuerſiſſioꝝ tpotũ ſũt cogi i unũ ãnũ qbuſdã ẽt iteratiſ iuſſit:olipię quoq; ꝑter ꝯſuetudinẽ muſicũ agona ꝯmiſit. Ac ne qd circa hoc occupatũ auocaret:detiererẽ:quũ ꝑſentia eius urbicas res agere a liberto Helio admõeret̃ reſcripſit his uerbis.quãuis nũc tuum cõſilium ſit & uotum me celeriter reuerti:tamẽ ſuadere & optare potius debes:ut nerõe dignus reuertat.Cãtãte eo nec neceſſaria qdẽ cã exceder̃ theatro licitũ erat.Itaq; & enixæ q̃dã in ſpectaculis dñr.Multi tedio audiẽdi laudãdiq; clauſis oppidoꝝ portis: aut furti diſſiluiſſe de muro:aut morte ſimulata funere elati. Q uã aũt trepi

qui erat annoꝝ nota: aliquando dictus eſt dictator cã feriaꝝ cõſtituẽdaꝝ. Ciuitates.ſ.græcoꝝ. Muſici agões: muſica certãina. Ad ipm mittere: tãquã in arte cytharedica ipe ſolus excelleret: eſſetq; omnibus cytharedorum coronis coronandus. A quibuſdam:ex his.ſ.legatis græcoꝝ.qui cytharedicas coronas ciuitatum nomine ad neronem ꝑtulerant. Exceptus:effuſius:imodica laudatiõe & plauſu aſſentatorio:dixit.n.ſatyricus poeta nõ imerito gẽtẽ græcoꝝ aduladi eẽ ſciẽtiſſimã.& Cicero ĩ epiſtola ad.y.fratrem didas calica græcos ait eſſe leues & diuturna ſeruitute ad nimiã aſſentationem eruditos.quitus curtius nõ mius uere q̃ elegãter ingenia græcorũ appellat tẽporaria tanquam tempori ſeruiẽtia:& ꝓ tẽpore adulationẽ aſſentationeſq; tractantia:& cũ adulatio fit perpetuũ regũ malũ infatuetq; mentes principũ & penetret ad interiora uentris: merito nero adulatione græcoꝝ corruptus ſolus dicebat græcos dignos eſſe:qui ipm cãtantẽ audirẽt & ſolos dignos ſua muſica diſciplina:cũ romana ſeueritas minime docilis eſſet ad aſſentãdũ. Caſſiopẽ traiecit:caſſiope oppidũ eſt iſula corcyta:quæ alio noie dicta pheacia:ubi fuit templũ caſii iouis:ſicut oſtẽdit Plinius in quarto. Certamina omnia:nero adiit oia muſica certamina:quæ apud græcos celebrantur:ſcribit philoſtratus in quarto de uita apollonii neronẽ in græciã ueniſſe ſubiicientem ſe ꝑconi in olympiis pythiiſq;:aitq; eũ uiciſſe in iſthmiis cytharedos & præcones: qui in olympiis etiam tragœdos uicit:& tũc de iſthmo fodiẽdo dicit̃ cogitaſſe: ipſum nauibus puium redderet atq; adriaticũ egeo miſceret:& ita naues omiſſo illo ſinuoſo circuitu:p iſthmi ſciſſionem ueherẽt̃. Cogi:congregari & contrahi.i hãc ſaiam apollonis apud philoſtratũ:ludos olympiacos ex conſuetudine ſolitos celebrari circa finem anni:ab elidenſibus: quos nero iuſſit in aduẽtum ſuũ differre: ita ut ſibi potius q̃ ioui uiderentur ſacrificaturi. Iteratis:iterum celebratis. Olympiæ:in ludis olympiacis. Præter conſuetudinem:inuit in olympiacis ſpectaculis muſicum certamen celebrari ſolitum nõ fuiſſe quod indicat apollonius apud philoſtratum:cum ait neronem in olympiis ꝓpoſuiſſe certamina tragœdorũ & cytharedoꝝ apud uiros:qbus nec theatra ſint nec ſcenæ ad huiuſmodi ludos peragendos idoneæ: ſed ſtadiũ duntaxat natiuum nudũq; patet: in olympiis autem ter uictorem fuiſſe Neronem teſtatur philoſtratus:qui ait miſſos fuiſſe curſores uſq; ad gaditanos:q iuberẽt ſupplicationes fieri ob uictoriam neronis in olympiis:multæ in hiſpania ciuitates:cũ neſcirẽt qd eẽnt olympia opinabant̃ bellicã quãdam uictoriam ſignificari:p q̃ diis eſſet ſacrificãdũ:tanq̃ nerõ populos aliquos olympios appellatos bello ꝓfligaſſet decem autem iudices ludis olympicis præficiebant̃ forte ducti. Auocaret:abduceret remoueret.

Græci adulatores igenia tparia caſiope ci. Nero uictor præconum

Muſicus agõ nõ erat ĩ olympiis Ridiculũ

M.AN. Achaiam:quæ circa iſthmum.pelopõneſo inſinuat̃:imo eius partem occupat. Legatos:ad hoc ipſum publice a ciuitatibus miſſos. Primos:ante alios legatos audiret. Exceptus:nero tempeſtiua illa poſtulatione. Effuſius:immoderatius. Caſſiopen:poſt ceraunios epiri montes ambraciam uerſus mille & cc.a brũduſio ſtadiis Strabo caſſio & penſes & teſprotos inter epiroticas gentes refert. Caſſii Iouis:in caſſiope templum fuit caſſii Iouis auctor eſt Plinius. Au ſpicatus:canendi principium ſumpſit. Cogi:colligi indici. Iteratis:iterum annuo ſpatio celebratis. Præter conſuetudinem:ſi quidem in olympia muſici certare non conſueuerant. Circa:hoc muſicum certamen.

Anima rei pu.priceps

PHI. Vrbicas res:urbana negocia romanamq; rẽpu.cuius aĩa eſt bonus priceps:& illa pricipis corpus. Quãuis nũc:uerba ſunt neronis ad heliũ libertum. Vt Nerone dignus:uide imperatoris ineptias exiſtimantis ſe romam reuerti non poſſe dignum ſemet ipſo & imperatoria maieſtate: niſi muſico certamine cytharedos ſuperauerit:cũ id potius bono principi dedecoroſum ſit atq; probroſum:nanq; ut ſupra annotauimus Philippus Alexandrum filium caſtigauit quod nimis bene cantarẽt tanq̃ hæc ſtudia nõ pricipibus conueniant:ſed grauiora ſanctioraque:ſed nero ab omni principis uirtute penitus alienus exiſtimabat ſibi

esse gloriosum:si uictoriã consequeret̃ ex his quæ occulere magis deceret. Enixe:filios peperisse. Tedio
audiẽdi laudãdiq;:scribit tacitus:quosdã cãtante Nerõe uerberatos eẽ a militibus: dũ aspectũ illũ tolerare
adulariq; recusant:quidã obtriti fuerũt:& alii dũ diem noctemq; sedibus cõtinuãt morbo exiciabili corre
pti:qppe grauior erat metus si spectaculo defuissent: unde tenuioribus tristitiã uultu demõstrantibus sta
tim irrogata supplicia aduersum illustres dissimulatũ ad præsens: & mox odiũ redditũ est: præterea ut au
ctor est philostratus delatores his delationibus cũ primis criminabant̃ nõ uenisti auditũ Neronem:aut ue Delatio
nisti qdem sed negligenter & parũ attente audiebas. Risisti:nõ plausisti:nõ pro Neronis uoce sacrificasti: nes
ut clarior esset atq; lucidior. Funere elati:dũ se mortuos simulabant efferebant̃:ut sta cuaderent tediũ au Nõ uenisti
diendi histrionẽ principẽ. Certauerit.s.cũ cytharedis i musico certamine. Quo metu iudicũ:quanta for auditum
midine & amphibolon uidet̃ tanq̃ incertũ sit utrũ ne iudices Neronẽ metuerẽt an a Nerone metuerent̃: Neronem
metus enim ut ĩquit gellius utroq; uersum dici potest:nã metus hostiũ recte dicit̃ & cũ timẽt hostes & cũ Risisti
timent̃:itaq; salustius metũ Pompeii dixit nõ quod Pompeius metueret:quod ẽ usitatus:sed quod metue Metus
ret̃:attamen ut intelligamus metũ iudicũ dici:q̃ ipsi metuerent̃ significat Cornelius tacitus:qui ait Nero
nem flexũ genu cetum theatralem manu ueneratũ sententias iudicũ expectasse ficto pauore. Aduersari
os:cytharedos. Conditionis eiusdem:cytharedicæ musicæq; disciplinæ. Obseruare:speculari:lucillius si obseruare
hæc obseruare uolueris.alias dicit̃ uenerari. Virgilius præterea regem non sic ægyptus & ingens lydia nec
populi parthorũ aut medus hidaspes obseruant. Captare:capere:Plautus qd me captas carnifex: inde ca Captiones
ptiones sophisticæ cauillationes:inde captatores dicti qui uafricia & astu captant aliẽas hæreditates.Mar Captato
tiales:scis te captari:scis hunc qui captat auarum. Infamare: Quintilianus deinde cum se iactaret eodem res infama
modo dicere Senecam infamabat:commodus auctore lampridio adolescens omne genus hominum infa uit
mauit & ab omnibus infamatus est. Incessere: impetere conuitiis.Au.gellius : incessebat quempiam tau
rus philosophus seuera & uehementi obiurgatione. Corrumpere:sibi conciliare mũeribus ut.s.id facerẽt:
quod ab actoribus græcis fieri solet: sæpe enim ille ut inquit eleganter Cicero : q̃ est secundarũ aut tertia Secũdarũ
rũ partiũ.cũ possit aliquanto clarius dicere:q̃ ipse primarũ: multũ summittere solet minusq; contendere: ptium sum
q̃ potest:ut ille princeps quam maxime excellat. Reuerentissime : cũ maxima reuerentia & ueneratione. missiores
In manu fortunæ:fortũa cũ in rebus aliis tũ in certaminibus omnibus maxime damnat̃ adeo ut euẽtus Fortuna
uel ludicri certaminis sit collocatus in fortũæ arbitrio:quæ sola ut inquit Plinius utranq; paginam & acce domina
pti facit & expensi:in hanc sententiam Apuleius in floridis luculenter oĩbus inquit bonis in rebus cona certaminis
tus in laude effectus in casu est:quãquã hoc plerũq; facimus ut cõsilia euentis põderemus:& cui bene quid
pcesserit multũ illũ prouidisse cui secus nihil sensisse dicãus ut refert.M.T.in orõne p rabirio posthumo.
M.AN. Res urbicas:urbanarũ rerũ statũ. Nerõe dignus:dignus eo q̃ musica professione semper uide
ri uolui. Necessaria causa:ne curãdi qdem corporis alterius ue urgentis negocii gratia cuius molestia spe
ctator præteriret. Enixæ:partu solutæ. Furtim:occulte. Funere elati:uelut uita defuncti extra oppidũ
deportati. Trepide:tumultuoso & ĩconstanti motu. Anxie:sollicite & laboriose: ut hoc ad animũ illud
ad corpus referat̃. Quo metu iudicũ:Cornelius sentẽtias iudicũ operiebat̃ ficto pauore. Aduersarioq̃:
qbus cantu cõgressus decertabat. Iudicũ eorũ:q de summa certaminis iudicaturi erant. Obseruare:ex
plorare quæ facerẽt Terẽtius obserua dauũ. Captare:capere si qd offensum eẽt. Liuius ĩde consiliũ ex re
natũ ĩsidiis ferocẽ hostẽ captandi. Infamare:ĩfamẽ reddere aliqua ei ĩuecta calũnia uel potius dãnare:re
probareq; fabius clitarchi probat̃;ĩgeniũ fides ĩfamat̃. Ex occursu:si qs eorũ occurrisset. Maledictis:ob
trectatiõibus q̃si necessaria laboraret simultate:quã solo nutu discutere potuisset. Præcellerẽt p̃starẽt ante
irẽt. Corrumpere:muneribus efficere ut ex arte aliqd remitterent. Reuerentissime:maxime reuerenter.
PHI. Fortuita:casus fortuitos:qui sæpe numero efficiunt:ut melior superetur a deteriore. Hortanti
bus;scilicet iudicibus. Vt auderet:cum alacritate & audacia musicum certamen capesceret. Taciturni
tatem pudoremque:si qui ex iudicibus musici certaminis:quibus inerat aliquid priscæ seueritatis pudore
suffusi tacuissent ob dedecus principis cantantis:id crimini dabat nero:fuerunt ue spasianum tanq̃ somno
conniueret in spectaculis a phe
bo Neronis liberto increpitum:
egreque imminentem perniciem
effugisse: multi præterea per cu
neos dispositi erant:qui alacrita
tem tristiciam quæ spectatorum
perscrutarentur. Pro tristicia:
cum sit quædam uitiis uirtuti
busque uicinitas utebatur nero Vicinitas
proxima deriuatione uerborum uirtutum
ut pro pudore malignitatem ar
gueret : sicut pro forti temerari
um: pro liberali prodigum : pro
parco auarum plerunque uoci

de anxieq; certauerit:quãta aduersariorũ emulatione.quo
metu iudicũ uix credi potest.Aduersarios quasi plane cõdi
tiõis eiusdẽ obseruare:captare infamare secreto nõnunquã
ex ocursu maledictis incesseret:ac si q arte precellerẽt corrũ
pere ẽt solebat:iudices aũt priusq̃ inciperet reuerẽtissime al
loq̃batur omnia se faciẽda fecisse:sed euẽtũ ĩ mãu eẽ fortũę:
Illos ut sapiẽtes & doctos uiros fortuita debere excludere
atq; ut auderet hortãtibus æqore aĩo recedebat:ac ne sic q
dẽ sine solicitudine taciturnitatem pudorẽq; quorundã pro
tristicia ac malignitate arguens suspectosq; sibi dicens.

De obediétia eius ī dictis certaminibus & aliis gestis p eū.



N certádo uero ita legi obediebat. ut nūq̄ excreaī ausus sudoré quoq̄ frótis brachio detergeret: atq̄ etiā in quodā tragico actu quū elapsum baculum cito resūpsisset: pauido & metués ne ob delictū certamie sū moueret̄: nō aliter cōfirmatɔ ē q̄ adiurāte hipocrita nō aiad uersū id īter exultatiōes succlamatiōesq̄ populi. Victoré āt se ipse ꝓnūciabat. qua de causa & præconio ubiq̄ cōtédit.

& uitiorū
Pro parco auarus
Cur frōte sudemus

tamus. Legi scilicet cythare dicæ Cor. Tacitus in hanc sententiam scribit hæc: nero īgreditur theatrum cunctis cytharæ legibus obtemperás: ne sessus reside ret: ne sudorem nisi ea: quam indutui gerebat ueste detergeret: ut nulla oris aut narium excrementa uiserétur. Sudorem frōtis: quærit Aristotelis in problematis encyeliis: cur facie & maxime fronte sudemus. causam refert: qa expeditius illa sudare possunt: quæ humida laxaq̄ sunt caput aūt tale est: cōtinet enim suā plurimā humiditaté distillatiōes quoq̄ e capite oriunt̄: & cerebrū humidū: est foramina permulta in capite habentur: igit̄ sudor de capite prorumpit: potiusq̄ de imis partibus: & primū frōte sudamus: quæ prima cerebro subdita est. Bracchio detergeret: frontis sudoré sudario siccare solemus: & ita iubet Plinius ab oratore sic

Lex sudoris detegendi

cari frontem sudanté in actiōe ne comæ turbent̄: sed cū lex cytharæ præscribat. sudoré detergeri ea tantū ueste: quā īduit cytharedus: nero ne a ꝑscripto legis recederet brachio sudoré frontis detergebat manica uidelicet uestis. quā īdutui gerebat. Tragico actu: quinq̄ actus eé in comedia tragœdiaq̄ satis notū: & nos suo loco declarauimus: hic actus tragicus accipit̄ pro cantu tragœdiæ: quā nero canens agebat. Baculū: ita erat fabulæ argumétū ut cū baculo ꝓdiret: in ꝓsceniū. Ob delictū: quo baculus elapsus erat e māibus.

Hypocrites

Sūmoueret̄: repelleret̄. Certamine: a musica cōtentiōe. Hypocrita: græci hypocrité uocāt simulatoré hypocrisin simulationé: unde & mimus hypocrita dictus qa imitator est & simulator. quītiliāus in secūdo memorat eschinem hypocrité fuisse oratoré. Se pronūciabat: cōtra moré ritūq̄ sacrorū certaminū: nero semet sua uoce uictoré pronūciabat: cū hoc præconis officiū sit: q pronūciat magna uoce nomina uictoꝝ: sicut docet Cicero i epistola ad luciū luceiū: hinc a marone dictū uictoré magna præconis uoce cloantū

ꝑco ꝓnūciat uictoré

declarat. Præconio contendit: hoc est cū præconibus decertauit de ꝑconii pitia & uocis magnitudine & de nomie uictoris pronūciādo: unde factū est: ut nero coronas acciperet nō solū cytharedorū: sed etiā præconū soliti enim erant præcones ludorū gymnicorū coronas imponere uictoribus: eorūq̄ nomina magna uoce pronūciare: deinde ipsi ante ludorū missioné corona donabant̄: quæ imponebat̄ illis ab alio præcone. ne sua uoce ipsi præcones se uictores prædicarent ꝑcones a præ idest ualde & canédo dici autumat Priscianus: q facit præconiū uetat̄ esse in decurionibus: cū q iā fecerit nō uetet̄. auctor Cicero in epistola ad le

Præconius
Geryx q locus orosii correctus

ptā: eius stilo uocabat̄ præconius: propterea q pater eius fecerat præconiū: quod aūt nero cōtenderit cū præconibus eosq̄ præconio superauerit testat̄ philostratus & docet Eusebius chronographus: q ait a Nerone cerycas fuisse certamine superatos: ceryx enim græce dicit̄ latine præco & caduceator. corrigenda ē obiter médosa dictio apud orosiū de Nerone scribeñté. sic enim in codicibus īpressis legit̄ assumpto uarii uestitus dedecore ceritos cytharistas tragœdos & aurigas sæpe sibi supasse uisus. Tu dictioné illā ceritos obelo iugula & cerycas substitue: & ꝑcones itellige: Seneca ad sereniū inq̄t nō uis nisi cōsul aut prytanis aut ceryx aut suffes administrare répub. ubi ceryx nō pro præcone accipi uidet̄: sed pro caduceatore & magi

Prytanis
Prytanion
Suffetes q

stratu ad rempub. administrādā pertinent: qualis est cōsul apud Romanos qualis prytanis apud athenienses: qualis suffes apud Carthaginenses: quæ dictiones ut in transcursu explicent̄: scito prytanea dici præfectū & reipub. administratoré a uerbo græco prytaneuo: quod significat & guberno & exerceo magistratū: inde pritanion locus athenis magistratū: & iudicū: cuius meminit Cicero in primo de oratore: & Dionysius prytanea uocat curias: in q̄bus sacra fiebant ab his qui maximā in urbibus habent potestaté. Suffes uero significat consulem lingua penorū. Liuius. senatū itaq̄ suffetes: quod uelut cōsulare imperiū apud Carthaginenses erat uocauerūt: de cerycis & prytanis prytāiq̄ significatu copiose multipliciterq̄ ꝑscribit suidas in etymologico: adrianus auctore Sparciano tiburtinā uillā mire exedificauit: ita ut in ea locorū celeberri

Lycium schola: Aristotelis
Vnde pipatetici
Locus Sparciani emaculatus & explicatus

ma nomina īscriberet: ueluti prytaniū lyciū academiā picilen uocaret: de prytanio iam dictū est: lyciū autem ut in transcursu explicemus uerba quoq̄ Sparciani: fuit athenis schola Aristotelis: sicut academia Platonis: in q̄ περιπατῶν idest deambulans philosophabat̄: unde peripateticorū nomē effulsit: lyciū media syllaba ꝓducta enūciauit. M. Tullius illo uersu: inq̄ academia umbrifera nitidoq̄ lycio fuderūt claras fœcūdi pectoris artes: picilen uero eméda & lege poecilen: fuit enim athenis porticus nominata poecile ex uarietate picturæ: græci enī ποικίλον uariū dicunt: & ποικιλίαν uarietatem: unde & lapis similes uocatus est pyrropoecilos a uarietate rubentiū macularū: in hac āt porticu Zeno philosophus discipulos docebat: unde & secta stoica nomē accepit: & philosophi stoici nūcupati: qui antea Zenonii ab ipso doctore appellabant̄: στοὰ enim græce porticus uocat̄: hæc est illa porticus stoicoꝝ memoratissima: quā crysippus dictus est fulcire quā pixit polygnotus gratuito: cū partē eius mycō mercede pigeret: de qua Pli. l. xxxv. hic & athenis pixit porticū: q̄ poecile uocat̄ gratuito: méda ē ap̄ Pliniū quoq̄ unius litteræ īmutatiōe. nā ꝓ poecile legit̄ poetile: sicut ēt i illo Apuleio: & tamē athenis proximo & ante porticū poetilen: ibi enī ꝓ poetilé

legendũ est poecilen de hac porticu ĩtellexit persius cũ ait braccatis illita medis porticus:illic enim depicta erat pugna marathonia:quæ duce milciade pugnata est aduersus persas:quos braccatos medos persius appellant:de hac sic ait probus emylius:milciadi talis honos tributus est ĩ porticu:quæ poecile uocat̃:cũ pugna depingeret̃ marathonia:ut in.x.prætorũ numero prima eius imago poneret̃: igitur hadrianus ut ad enarrationem Sparciani uerborum reuertamur in tiburtina uilla extruxerat loca quæ appellabat lycium: ab exemplo scholæ Aristotelicæ:academiam ab honore Platonis:prytanium a nomine prytanii atheniensis:& poecilem ab emulatione porticus poeciles:in qua philosophabat̃ Zeno princeps stoicorum.

poecile porticus
Stoici unũ
Correcta dictio plinii & apuleii

M.ANTO. Fortuita:quæ casu & fortũa euenirẽt. Excludere:pro iis quæ ad iudiciũ attinerẽt non habere. Eqore:sedatiore minus trepido & æstuãti. Taciturnitatem:si q non ita impuderet:ut ipse uoluisset se adhortaret̃ iuberẽtq; bono esse aio. Pro tristitia & malignitate: ut tristes malignos & seueros ac in se parũ equos iudicaret. Elapsum:manibus excussum. Ob delictum:qđ in eo deliqsset. Submoueret̃ scœna abire lege cogeret̃. Hypocrita:ex iis credo uno qui ministerii gratia illi assistebant quum ὑποκριτής minus alioqn græce simulatorq; dicat̃. Præconio: præconii peritia: Eusebius est auctor præcones ab eo & olympiæ & ĩ isthmiis certamine uictos:Nero ĩquit olympiade coronantur Cericas citharistas tragœdos & aurigas uario certamine superans cerycas græca uoce præcones dixit κῆρυξ enim caduceator & præco dicitur & rursus Nero isthmia pithia actia celebrans inter cerycas tragœdos & citharistas coronatur. Se ipse pronunciabat:sua non alterius uoce ut ad præconem emulationem referatur.

M. AN. Vltro: sponte: nõ qõne coacti. Imputarent: beneficii loco obiicerent. Illi: perditæ illius uitæ Succurrere: opẽ ferre quãdo morbus aĩ alia rõne q̃ morte curari nõ posset. Capsariis. Vulpianus capsarios dictos ait eos q mercedis gr̃a seruãda ĩ balneis uestimẽta suscipiebãt sed hic p iis qui capsarũ custodes: totiusq; suppellectilis nobilium adolescẽtiũ eẽnt accipias oportet: Iu. custos angustæ uernula capsæ. Vno prãdio: ad illũd est referendũ qđ multos ueneno sublatos dixit. Diurnũ uero cibũ ad famẽ. Orphito: Orphiti Tacitus nõ uno loco meminit. Ad stationẽ: ad usum standi cõmorandiue. nõ uẽdendi ut prius quũ tabernæ fuerant unde orta est reo calũnia: est pter significatũ iã dictũ statio locus in quo ut uulpianus ait tuto naues stare possunt quidam ita distingunt ut sit statio in qua naues ad tp̃s consistunt portus ubi tuto hyemare possunt. Ciuitatis: ad ciuiũ stationẽ uel ciuitatibus ut qdã habẽt. i. pegrinis. Cassio longino: tacitus obiectaiũ inqt Cassio ẽ qđ inter imagines maiorũ. C. Cassii effigiẽ coluisset ĩscriptã: duci partium.

Genitura luminibus orbatorũ · Asconius · Timoleon · Capti luminibus · Stemma · petus thrasea

PHI. Luminibus orbato: si sol in horoscopo fuerit & saturnus in imo cœli cõstitutus periculũ cecitatis isligit; ut ait firmicus maternus in septimo matheseos. scito maximos uiros iã senescẽtes captos eẽ luminibus iter quos numeratᷓ pedianus ascõius historicus clarus & orationũ tullianaꝝ doctissimus iterpres: qui septuagesimo tertio ætatis anno oculos amisit. Timoleon quoq̃ corĩthius cũ ætate iã puectus esset sine ullo morbo amisit lumina oculorũ. Gẽtili: stẽmate: stẽmata cognationũ directo limine in duas lineas separantᷓ: quaꝝ altera superior: altera iferior ẽ: ut docet iuriscõsultus. & ut auctor ẽ donatus multi gradus sunt & uelut rami ꝑpinquitatis in affinitate & cognatione dispositi. Peto thraseæ: petus thrasea patauius libertatis ꝑpugnator bru toꝝ Emulus neroni ob uirtutẽ iuisus fuit: accesserunt & aliæ simultatis causæ iter neronem & thraseã: quod senatu egressus est cũ de agrippina tractaretᷓ: quod q̃ iuuenali ludicro parũ expectabilẽ operã ꝑbuerat: qđ dum poppeæ honores decernuntᷓ sponte absens funeri nõ iterfuerat. eidẽ præterea ab delatore capitõe cossutiano obiectũ est quod nunq̃ pro salute principis immolauisset: itaq̃ thraseæ dãnato datum est mortis arbitriũ: qui flentes suos facescere propere iubens arriam uxorem monuit retinere uitam. tũ intra cubiculum abruptis utriusq̃ brachii uenis postq̃ cruorẽ fudit humũ superspargens libamus inqt ioui liberatori. & ita uir maximus extinctus est. Cuius gener fuit heluidius: de quo mox suo loco dicemus. de quibus dixit poeta satyricus. quale coronati thrasea heluidiusq̃ bibebant. tanta fuit uirtute præcellẽs petus thrasea: ut Cor. Tacitus eius mortem scripturus non timuerit sic præfari. Trucidatis tot insignibus uiris ad postremũ nero uirtutem ipsam excidere concupiuit interfecto thrasea peto & barea sorano.

ac luminibus orbato qđ in uetere gentili stẽmate .C. Cassii
pcussoris Cæsaris imagines retinuisset. Peto Thraseæ tristi
ro & pedagogi uultus mori iussis nõ amplius q̃ horaꝝ spa
ciũ dabat. At ne qd more interuẽiret medicos admõebat: q
cũctãtes cõtinuo curarẽt (ita .n. uocabat) uẽas mortis gra
tia icidere. Creditᷓ ẽt Polyphago cuidam ægyptii generis
crudã carnẽ: & qcqd daretᷓ mãdere assueto cõcupisse uiuos
hoĩes: laniãdos: absumẽdosq̃ obiicere. Elatus inflatusque
tantis uelut successibus negauit quenquã principum scisse

Arria uxor thraseæ · libamus ioui · Pedagogus senatorum

Pedagogi uultus scilicet obiectus est pro crimine capitali: tanq̃ repsentaret uultũ seueriorem tristioreq̃ pedagogi sui: quam existimo fuisse demetriũ cynicæ sectæ professorem: q doctor fuit ipsius thraseæ: cũ quo pauloante q̃ moreretᷓ de natura animæ & dissociatione spũs corporisq̃ disputauit. Aurelianus a populo Romano dictus ẽ pedagogus senatorũ. Horarũ spatiũ: legimus senecã post denũciatam ultimam mortis necessitatem poposcisse testamenti tabulas: sed a centurione quẽ miserat nero denegatũ est tp̃s condendi testamenti. de hoc horrario breuiq̃ spatio mortis meminit Cor. Tacitus: his uerbis proximam necem plautii laterani consulis designari Nero adiũgit adeo propere: ut nõ cõplecti liberos: non illud breue mortis arbitriũ permitteret. Cũctãtes: mortẽ prolatãtes differentesue. Cõtinuo: statim. Curarent: uerbum est medicorũ. dicere solebat asclepiades officiũ medici esse ut cito. ut tuto ut iucũde curet. sed hoc uerbo intelligi uolebat nero ut uenas secarẽt: tanq̃ hæc foret optima curatio. Venas icidere. mors q̃ sit icisione uenarũ existimatᷓ hr̃e minus cruciatus minusq̃ tormentoꝝ q̃ reliquæ mortes: cũ paulatim labẽte sanguine uita deficiat. hic legimus solitos secare uenas qbus dabatᷓ eligendæ mortis arbitriũ. multiq̃ in cõiuratiõe pisoniana nominati secuerũt uenas. Poliphago: poliphagi uocabulo græco dicuntᷓ qui multũ commedũt. latine dici possunt manducones gulones comedones. & sunt multi tibi capacissimi: sicut pamphagi dicti populi cũcta comedentes. phagone id genus hominũ appellat eleganter flauius uopiscus: q ait Aurelianũ imperatorem uehementissime delectatũ esse phagone: q usq̃ eo multũ comedit: ut uno die ante mensam eius aprũ ĩtegrũ centũ panes ueruecem & porcellũ comederet. Crudam carnem: diogenes cynicus carnes crudas esitasse ferᷓ: qui cũ olim bouis pedem crudũ edisset bile correptus atq̃ inde defunctus est ut qdam prodiderunt: quod etiam memorat laertius apud Aristotelem in septimo ethicorũ scriptũ legimus immanes esse & efferatas gentes circa pontũ: quæ crudis carnibus delectantᷓ ὠμοφάγος καὶ ὠμόσιτος: dicitᷓ a græcis cruda comedens. Mandere: dicimur proprie mandere ea quæ sunt duriora & dentibus reluctantᷓ a mando mansus deriuatᷓ: Quintilianus cibos mansos appellat dentibus comminutos commanducatosq̃ ac prope liquefactos: qui facilius digeruntᷓ. Homines laniandos: tanq̃ hic esset anthropophagus: ita enim nominantur humana carne uescentes: quorũ plura genera fuisse apud scytas auctor est Plinius: in sicilia uero & Italia fuerunt gentes: quæ humanis corporibus uescerentᷓ uidelicet cyclopes & lestrigones. Successibus: prosperitatibus: lucanus successus urgere suos.

Curare · Officiũ medici · incidere uenas · poliphagus · Mãducões · pamphagi · phago · Cruda carnis · Cibi mansi · anthropophagi

M.AN. Peto thraseæ: idem Cornelius: alias in ꝗt causas subtexit interfecto thrasea peto & barea sorano olim utriusq̃ infensus & accedentibus causis in thraseam qđ senatu egressus est quũ de Agrippina referretur: quodq̃ iuuenili ludicro parũ inexpectabilem operam præbuerat. Polyphago cuidã: haud propriũ id nomen esse dixeris se appellatiuũ atq̃ a re ipsa factũ πολὺ multũ κίφατω cõmedo. Plinius pamphagos idest omnia mandentes & anthropophagos idest hũana carne uescentes in aphrica ad meridiẽ supra syrtes posuit: Crudam carnem: ob id ὠμοφάγον ἢ ὠμόσιτον non inepte dixisset.

PHI. Quid sibi liceret:tanq̃ principi oĩa ẽt infanda liceát.olim regi iudices cãbisæ regi pſarũ dixerunt quidã inueniri legẽ qua liceret regi facere qcqd liberat:Iulia quoq̧ nouerca Antonũ caracali priuigno dicenti uellẽ te uxorẽ si liceret:respõdisse fert̃ si libet licet:an nescis te imperatorẽ eẽ?& leges dare nõ accipere quo audito furor incõditus ad effectũ criminis roboratus ẽ nuptiasq̧ cũ nouerca celebrauit:quasi sciret se leges dare cũ uere id ifandũ matrimonrũ solus ꝓhibuere debuisset.i hãc sniam a liuio scienter & uere dictũ est reges dñi regꝫ tẽporũq̧ trahũt cũcta nõ sequunt̃.attamẽ q̃ iusta sunt & honesta ea licẽt pricipi:uere pricipãti:ex quo haud immerito laudat̃ antigonus:q dicẽte quodã oĩa regibus esse honesta & iusta ita ꝑ iouem inqt barbarorꝫ regibus:nobis aũt ea duntaxat honesta sunt:q̃ honesta & ea sola iusta:q̃ iusta.

Quid liceat principi si libet licet

Dictum antigoni bracteatum

quid sibi liceret. Multasq̧ nec dubias significationes sæpe iecit:ne reliquis quidem se parsurum senatoribus:eũq̧ ordinem sublaturum quãdoq̧ e Republica:ac prouincias & exercitus equiti Romano:ac libertis permissurum. Certe neq̧ adueniẽs neq̧ proficiscens quẽq̃ osculo ipartiuit. Ac ne resalutatione quidem:& in auspicando opere isthmi magna frequentia clare ut sibi ac po. Ro. bene res uerteret optauit dissimulata senatus mentione.

De incendio urbis per eum facto.

SEd nec populo aut mœnibus patriæ pepercit dicẽte quodã in sermone communi εμοῦ θάνάντοσ τά ιαμιχθάτω πυρί immo inquit. εμοῦ ζῶντοσ plane ita fecit nam quasi offensus deformare ueterum ædificiorũ & angustiis flexurisque uicorum incendit urbem tam palam

Sæpe iecit:emisit in mediũ. Ordinem:senatorium. Sublaturꝫ:ablaturꝫ.de medio. atq̧ necaturũ. Eqti romano: equitibus romanis ordiniq̧ eqstri. Libertis:libertinorũ potẽtiã olĩ iprimis mirari sunt britanicũ uidissent duces exercituũ obedire polycleto neronis libertoq̃ quẽ princeps miserat ad spectandũ britaniæ statũ. Quẽq̃: senatorũ.s. Ne resalutatiõe qdẽ isolẽtiæ imodicæ signũ ẽ:quando quis nõ dignat̃ resalutare salutatores:ex quo martialis taxat quẽdã:q nec quidẽ resalutare dignabat̃. Auspicãdo ope isthmi: ichoando fœlicibus auspiciis:supra dictũ ẽ neronẽ isthmũ corinthiacũ ꝑfodere tẽtauisse:qđ opus dũ auspicato icipit clara uoce optauit:ut id sibi ac romano populo faustũ foret & fortunatũ:nulla facta ordinis senatorii mẽtiõe quod haud dubie signũ fuit pricipis male aiati in senatũ. destitit aũt nero a fodiẽdo isthmo:qa egypti philosophi dixerũt fore:ut cõmixta maria eginã isulã delerẽt:qdã aiunt iõ destitisse ab iceptis:q in nouationes aliquas circa impiũ timuerit.iccirco celebrat̃ dictũ apollinii tyanei tãq̃ uerissimũ:q de isthmi fossione ꝓdixit fore:ut scinderet̃:uel forsam nõ sciderect̃.cœpit.n.nero scidere.sed nõ ꝑscidit.fodere sed nõ ꝑfodit. Bene res uerteret:ꝓspe ac fœliciter ꝓueniret. ꝓuerbialis eloquutio.a cõtrario dixit maro : qđ nec beneuertat mittimus hedos.id aũt dictũ ab hectore & aiace tractũ autumat Seruius.nã hector dedit aiaci gladiũ:quo se postea aiax iteremit.hector uero balteũ accepit ab aiace:quo circa muros patriæ tractatus ẽ postea & illud comicũ natum est.dii bene uertant:qđ agas.sæpe.n.res eueniũt aliter q̃ uolumus.& iõ teste donato uortunus colebat̃.q præest rebus uertentibus:sup quo deo copiose prodidimus in cõmẽtariis propertii ἐπουφάνοντ ὅσ.hæc fit aduerbum interpretant̃ .me moriente terra misceat̃ igni.huius aũt uersus græci meminit seneca li.ii.de clæmentia:ubi ait.multas uoces magnas sed detestabiles in uitam humanam ꝑuenisse:celebresq̧ uulgo fieri:ut illã:oderint dum metuant:cui inqt græcus uersus similis est.q se mortuo terrã misceri ignibus iubet.haud absimile est uotum illud execrabile ruffini apud claudianũ euerso iuuat orbe mori solatia læto exitium cõmune dabit.Nero uero cupiens uidere romã incendio flagrantem immo inquit εμοῦ ζῶντοσ.i.me uiuente.s.terra misceat̃ igni. Angustiis flexurisq̧ uicorum:Cor.Tacitus obnoxia urbe arctis itineribus huc & illuc flexis atq̧ enormibus uicis:qualis uetus Roma fuit scribit Liuius romam:posteaq̃ a gallis incensa fuerat promiscue ac ꝑperanter iterũ edificatã quæ festinatio exemit curã dirigendi uicos:dum omisso sui alieniq̧ discrimine in uacuo edificant ea fuit causa ut forma urbis esset occupatæ magisq̃ diuisæ similis. Incendit urbem:nero urbis Romæ incendiũ uoluptatis suæ spectaculum fecit:& ob id incendiarius dictus fuit a subrio flauio tribuno.initium autem incendii ab ea parte circi ortum est:quæ palatino cælioq̧ montibus contigua erat:ubi per tabernas : quibus id mercimonium inerat quo flãma aliter:discurrere cœpit ignis:qui statim ualidus & uento adiutus longitudinem circi corripuit. incendiũ autẽ hoc ad.xiiii.ca.sextiles cepit:quo die senones galli urbem antiqtus inflamauerũt. Stupa & teda:hæc sunt instrumẽta & nutrimẽta incendiorũ stupã a stipando iclíari autumat seruius:de stupa hæc Plinius.quod proximum cortici fuit stupa uocat̃ deterioris lini lucernarũ fere luminibus aptior:& ipsa tamen pectitur ferreis ahenis donec omnis membrana decorticet̃ a stupa stuparius malleus dictus.teda autem ex genere arborũ est resinã ferentiũ abũdantior succo q̃ reliqua:flammis ac lumini sacrorum ẽt grata inde faces tedæ nuncupant̃.scribit Tacitus alios palam faces iecisse atq̧ sibi esse auctorem uociferasse:siue ut rapinas licentius exercerent.siue id iussum fuerit.

Cã desistendi ab isthmo fodiendo

Beneuertat

Vertunus

Incendium romæ incendiarius nero

Stupa

Stuparius malleus

Teda

M.AN. Quid sibi liceret.q.d.neq̧ ius neq̧ fas oportere ab eo respici quo Anaxarchus sophismate Ale-

xandrini animũ clyti cæde ꝓſtratũ ut Plutarchus ait erexit. Iecit:in aptũ dedit. Libertis:ſuis. Queq̃:
ſenatorũ. Reſalutatione:mutuo ſalutiõis officio:impartio te hac re & hãc tibi rẽ dicimus. Auſpicando:
rite icohando. Opæ iſthmi:corĩthiaci iſthmi effoſſione.ἐμοῦ θανόντος γαῖ ἀμιχθήτω πυρί.i. me-
moriente terra cremet̃ igni.ἐμοῦ ζῶντος me uiuo. Incẽdit urbem tam palam:Tacitus de incẽdio dictu
rus ſequit̃.inqt clades forte an dolo principis incertum:nam utrũq; auctores prodiderunt.

ut pleriq; conſulares cubiculares eius cum ſtupa tædaq; in
ꝓdiis ſuis depꝓhenſos non attigerint:quedã horrea circa do
mum aureã:quorum ſpacium maxime deſiderabat:ut belli
cis machinis labefacta atq; inflãmata ſint:quod ſaxeo mu-
ro conſtructa erant:per ſex dies ſeptẽq; noctes ea clade ſæ-
uitum eſt ad monumentorum buſtorumq; diuerſoria plebe
compulſa. Tunc præter immenſum numerũ inſularum do-
mus priſcorum ducũ arſerunt hoſtilibus adhuc ſpoliis ador
natæ deorumq; ædes ab regibus ac deinde punicis:& galli-
cis bellis uotę dedicatæ:& qcqd uiſendũ atq; mẽorabile ex
antiqtate durauerat. Hoc incendiũ e turre mœcenatica ꝓ-
ſpectãs:lætuſq; flãmę:ut aiabat pulchritudie haloſin ilii de
cantauit in illo ſuo ſcœnico habitu. Ac ne nõ hic quoq; q̃tũ
poſſet prædæ & manubiarũ inuaderet pollicitus cadauerũ

PHI. In ꝓdiis ſuis:in hoc lo-
co urbana prædia haud dubie ſi
Horrea gnificant. Horrea:alibi docui-
mus horrea dici nõ ſolũ grana-
ria:ſed & receptacula rerũ aliarũ
huius rei meminit oroſius ſic hor
rea q̃dro ſtructa lapide:magnæ-
q; illæ ueterũ inſulæ:q̃s diſcur-
rens adire flama non potuit:ma
gnis machinis labefactatæ atq; i
flãmatæ ſunt. Bellicis machinis
bellicæ machinæ ſunt multiu-
gæ:iter quas baliſtæ catapultæ
arietes teſtudies arietariæ & ona
gri numerãt. Labefacta : diſie-
cta cõcuſſa. Sex dies:cõcordat
cũ Tranqllo tacitus:qui ait ſex-
to demũ die finem incendio fa-
ctũ. Clade:incẽdio. Ad mõu
mẽtorũ diuerſoria:ſolaciũ popu
lo exturbato ac ꝓfugo fuit:campus Marcius ac mõumẽta agrippæ. Buſtoꝝ:generaliter ad ſepulchra cõ-
fugiſſe plebeios ſignificat̃:poteſt & priuatim referri ad buſta gallica:fuit eni rõæ locus iuxta æ qmeliũ di-
Buſta gallica ctus buſta gallica:ab eo qđ galloꝝ oſſa ibi coaceruata ac cõſepta fuerũt poſt urbẽ recupatã : itaq; aceruati
cumuli galloꝝ fecere locũ iſignẽ noie buſtoꝝ gallicoꝝ:auctores Liuius & Varro. Inſulaꝝ eaꝝ domoꝝ
quæ ab aliis ſeiũctæ ſũt:de qbus ſupra Cor.tacitus:domorũ ac iſulaꝝ & tẽploꝝ:quæ amiſſa ſunt nũerum
inire haud promptu fuerit. Hoſtilibus ſpoliis adornatæ:in foribus ducũ illuſtriũ romanorũ:& eorũ:qui
ſpolia refrigere non licet hoſtes profligaſſent ſpolia hoſtilia affigi ſolita ſcribit Plinius in.xxxv.quæ nec emptori refringere licebat:
quæ ẽt dominis mutatis domus ornamẽta erant:Liuius in.x.quorũ domos affixis hoſtium ſpoliis iſignes
iter alias feceritis:hic ait tibullus & domus hoſtiles præferat exuuias. Deorũ ædes: Cor.tacitus delubra
deũ & porticus amenitati dicatæ latius procidere:templũ lunæ:qđ Seruius Tullius:& magna ara fanũq; q
præſenti Herculi arcas euãder ſacrauerat ædeſq; ſtatoris iouis uota Romulo:numæq; regia & delubrum
ueſtæ cũ penatibus.po.romani exauſti. Turre mecenaciana:diſſentire uidet̃ a Tranqllo. Cor. tacitus:qui
ait eo tempore Neronẽ fuiſſe ancii:q non antea in urbẽ regreſſus eſt:quã domui eius:qua palatiũ & mece-
Horti mecenatis natis hortos continuauerat ignis propinquaret.fuerũt ãt horti mecenatis & turris i exqliis:quẽ locũ ex pe
ſtilente ſaluberrimũ repurgando feciſſe mecenatẽ teſtis ẽ Oratius in ſermonibus:finis aũt incẽdio factus
eſt apud imas exqlias ſexto die:cũ ex.xiiii.regionibus q̃tuor ſolæ ab icẽdio itegræ manſiſſent.attamẽ oroſi
us idẽ memorat quod Suetonius:uidelicet Neronẽ ꝓſpectaſſe incendiũ ex altiſſima illa mecenatiana turre

Haloſin:græci appellant captiuitatẽ.unde haloſis illi ſignificat̃ captiuitas troiæ.incendiũ aũt troianũ ce
ciniſſe: tũc Neronẽ teſtat̃ quoq; Cor.tacitus ſcribẽs q rumor puaſerat ipſo tẽpore flagrãtis urbis Neronem
iniſſe domeſticã ſcænã:& ceciniſſe troianũ incendiũ:pſentia mala uetuſtis cladibus aſſimulantẽ.qđ Trãql
Halosis lus haloſin ilii uocat:id oroſius iliadẽ appellauit ſic ſcribẽs icẽdiũ ex altiſſima turre mecenatiana ꝓſpectãs
Troica lætuſq; flãmæ ut aiebat pulchritudine tragico hitu iliadẽ decãtauit.eutropius & Euſebius tradũt Neronẽ
Neronis incẽdiſſe urbẽ romã:ut ſpectaculi eius imaginẽ cerneret:q̃lis oli troia capta arſerat:indicat ſeruius qđ huic
Locus loco cõuẽit Neronẽ cõpoſuiſſe troica:ubi ait i qnto cõmẽtario:paris ſecũdũ troica Neronis fortiſſimus fu
Iuuenalis it:nimiꝝ ob id dixit.Iu.i ſcena nũq̃ cãtauit horeſtes:troica nõ ſcripſit. Scẽico:tragico:quo i ſcena agens hi
Cadauera oppidorũ ſtrioniã uti peculiariter cõſueuerat. Necnõ.i.ut. Hic:ex hoc icẽdio. Cadauerũ:multi iteriere :q̃uis pa-
tente effugio ob ſuoꝝ caritatẽ quos eripe liberareq; nequerãt:poſſumus ẽt nõ idocte cadauera referre ad
domicilia ꝓſtrata.cũ nõ ſolũ hoium:ſed ẽt oppidoꝝ cadauera p ſilitudinẽ dici poſſe demõſtret ſeruius ſul
pitius cuius hæc ſunt uerba ex epiſtola ad Ciceronẽ cõſolatoria:en nos homũculi indignamur ſi qs noſtrũ
iteriit aut occiſus eſt:quorũ uita breuior eẽ debet:cũ uno loco tot oppidorũ cadauera proiecta iacent.

M.AN. Stupra tedaq;:iſtrumẽtis ad id ſcelus ppatrãdũ aptiſſimis. In ꝓdiis:ſuis domibus: ſiue locis:q
in urbe poſſiderẽt & urbanũ ꝓdiũ & agreſte dicit̃. Nõ attigerit:mulctare ſint auſi. Bellicis machinis:in-
ſtrumẽtis ad muros & edificia diſcutiẽda exq̃ſitis. Labefacta:cõcuſſa. Saxeo muro:nõ lateritia materia.
Sex dies:ſexto demũ ſcribit tacitus die ap imas exqlias finis incendio factus . quũ initiũ eodem auctore

ſumpſiſſet in ea parte circi maximi quæ palatino:cælioq́ȝ mõti cõtigua eſt ignis interim ita lõge:lateq́ȝ graſſatus pater ut ex quatuordecim regionibus in quas diuiſa fuit Roma q̃tuor itractis tres ſolotẽus deiectæ ſint:reliq̃s ſeptem pauca tectoꝝ ueſtigia ſupfuerint. Monumentoꝝ buſtorúq́ȝ:idem auctor ſolatium ait populo exturbato:ac profugo campú martis:& monumenta:Agrippæ hortos:q̃netiam & ſuos patefecit nero. Priſcorú ducú:regú & imperatoꝝ an potius illuſtriú romanorú q magnos quádoq́ȝ ductaſſent exercitus. Deorũ ædes plurimæ in q̃bus:Iúæ ædes herculis ara:cũ phano ab euandro ſacrata ſtatoris Iouis:numæ regia:Delubrú ueſtæ:cũ penatibus populi ro.illud adiiciam quod ad tantæ cladis memoriam attinet quarto decimo calédas ſextilis id incédiú ortú quo die ſenones Galli urbem a ſe captá concremarũt. Votæ:ædes. E turre mecenatia:q̃ in exq̃liarú parte eſt hodie corrupto noíe menſa pro mecenatia dr̃: de ea Oratius.Molẽ propinquá uubibus arduis Omitte mirari beatæ. Flaminæ pulchritudine.i.pulchro flammarú aſpectu:ſed hæc ad ſæuũ Nerõis aium referenda. Haloſim ilii:ilii captioné ſiue expugnationé.Ver. Tú uero omne mihi uiſum cõſidere in ignes iliú & ex imo uerti neptúnia troia.Iu.ſcripſiſſe neroné id incédiú ſignificare uidet:in ſcœna inq̃t núquá cátauit oreſtes Troica uõ ſcripſit. Illo ſuo ſcænico:quo ſcilicet in ſcœna uti erat ſolitus. Hinc:ex quo incédio. Cadauerú:corporú ruinis obrutorum.

& ruderum gratuitam egeſtionem:nomini ad reliq̃as rerũ ſuaꝝ adire permiſit:collationibuſq́ȝ nõ receptis nõ ueꝝ efflagitatis ꝓuincias priuatorũq́ȝ cenſus prope exhauſit.

De cladibus q̃ eius tp̃e obuenerũt:& ꝓbris cõtra eũ dictis.



Ceſſerũt tantis ex principe malis probriſq́ȝ quedã fortuita peſtilentia unius autumni.quæ.xxx.funerũ milia in rõné libitinæ uenerũt:clades britãnica

PHI. Ruderũ:rudera appellamus cõminuta fragmenta dirutorú edificiorú : quod & rudus dicit ſingulatiuo numero. Cornelius tacitus ruderi accipiendo hoſtiẽſes paludes deſtinabat:uti q̃ naues:quæ frumẽtum tyberi ſubuectaſſent onuſtæ rudere decurrerent:a rudere fit uerbũ eruderare : qđ ſignificat repurgare: & rudus auferre:Sidonius apollinaris decẽter & metaphoricos dixit aures uiroſa ſuſurronũ fece cõpletas eruderat:relege q̃ uberius de rudere annotaui in ſecúdo cõmẽtario. Egeſtioné:exportationé repurgationéq́ȝ. Rerũ ſuarũ:uſtarũ illo incẽdio. Collationibus:ut unuſq́ſq́ȝ pro facultatibus cõferret:unde & collatiões dictæ:uulgus ientacula uocat collatiões ab eo:q̃ unuſq́ſq́ȝ coepulonũ cõfert pecuniam ad cibaria coemẽda:q̃ & ſymbola dicunt:ide eleganti uocabulo aſymbolos dicit ab Au.gellio is:q ſymbolú uõ dedit:& ſine collatione acceſſit ad comeſationem:in canonicis decretis.D.xliiii.proditú eſt nõ oportere clericos celebrata cõuiuia ex ſymbolis:q̃ uulgus comeſalia appellat. Efflagitatis:cẽties centena milia ſeſtertiú ád annuam impenſam a ſenatu ſibi cõferri imperauit. Cẽſus exhauſit:omniú imprimis negociatorum ſub una die tormẽtis quoq́ȝ adhibitis oẽm penitus cenſum abſterſit:præterea cõferẽdis pecuniis:ut auctor eſt tacitus uaſtata Italia eſt :ꝓuinciæ euerſæ:ſociiq́ȝ populi & libere ciuitates:ſpoliata ẽt ſunt in urbe tẽpla egeſtúq́ȝ aurú:quod triumphis quod uotis oís ætas ro.populi ſacrauerat. Probris:flagitiis & dehoneſtamẽtis. Peſtilẽtia unius autũni:hiſdem poene uerbis hoc idẽ memorat Paulus oroſius ſic ſcribens:ſubſequẽte autũno tauta urbi peſtilẽtia iucubuit:ut.xxx.milia funerũ i rõnem libitinæ uenerint. In rõnem libitinæ:libitiæ dea ẽ i cuius æde:q̃ ad funus ſepulturáq́ȝ pertinẽt:uendere & locare cõſueuerũt:qđ numæ põpilii regis iuſtitutú fert.libitiná a libendo dici interpretat.M. Varro eamq́ȝ uenerẽ eſſe ſignificat:náq́ȝ ut Plutarchus in ꝓblematis refert una eadéq́ȝ dea uenus principiú ac finẽ uitæ iu ptáte habet:utpote quæ igredientibus uitá & decẽtibus ꝑſideat.græci epythimbiam cognominauerũt:q̃ſi tũbæ ꝑſidem:hinc libitinarii dicti:q libitiuæ ꝑſunt & actioné libitinariá exercẽt:quæſtui inſeruiẽtes:quos inſtitutorú loco eẽ ſentit Vlpianus titulo de inſtitoria actione.hi tanto maius lucrũ faciũt:q̃to maior ẽ numerus morientiú:unde de libitinariis Seneca libro de beneficiis ſexto ſic refert.An tu arunciú & ateriú & cæteros:q captandorú teſtamẽtorú artẽ profeſſi ſunt nõ putas eadẽ habere:q̃ deſignatores & libitinarios uoce:illi quorũ mortes optẽt neſciũt:hi familiariſſimum quẽq́ȝ mori cupiũt. Valerius quoq́ȝ libitinariorũ officii exꝑſſius meminit libro.v.dictorũ factorúq́ȝ memorabiliú: cuius uerba ſubiecit.M.cornuto ꝑtore funus hircii & páſæ locáte:q túc libitiná exercebát:tũ rerú ſuaꝝ uſũ:tũ miniſteriú ſuú gratuitú polliciti ſunt q̃ſtúq́ȝ cõtẽpſerũt:nulli alii rei q̃ q̃ſtui uiuẽtes:cæteꝝ cũ iu æde libitinæ pararent neceſſaria ad funebrẽ apparatú:huic factú ẽ ut libitina pro feretro accipiat:hoc eſt lecto:quo mortui efferunt:ſicut expoſuerũt iterpres oratiani enarrátes uerſum illú:nõ oís moriar magnaq́ȝ pars mei uitabit libitiná:& alterú miraturq́ȝ nihil niſi qđ libitina ſacrauit in hoc ſignificatu eſt illud ſidonii:ſed cũ libitiná ipſam flentes exoſcularent penſitarẽt remorarent:cõſimiliter dictú uideri põt illud ab epigrammatario poeta:iá grauis arſuro ſtruit libitina papyrio:ſenſus át Tráq̃lli ẽ:libitinarios retuliſſe in rõnariú libitinæ quo numerus defunctorú perſcribebat:ſe locauiſſe apparatú exequiarú ad.xxx.milia funerum uno autũno efferenda in ſniam haud diſſimile eſt illud liuianũ ex libro.xl.peſtilentia in agris foriſq́ȝ & cõcilia bulis & in urbe tanta erat ut:libitina uix túc ſufficeret:de hoc uectigali itellexit ſymbolicos & operte poeta ſatiricus illo uerſu dimidiato:portandum ad buſta cadauer:ab hac libitina:quod dignú relatu eſt & cognitu:dicta fuit romæ porta libitinenſis:per quá efferebant:cum ex præſcripto legis extra urbẽ cadauera

Rudus

Eruderare

Collatiões

aſymbolos

comeſalia

Spoliata templa

De libitina

Epythibia

Libitiarii

Vota libitinariorum

Hoies libitinæ

sepelirent̃:portæ libitinẽsis meminit lampridius in commodi uita. Apuleius per decoram translationẽ libitinas appellat inuisores & malignos ueluti exitiales pestiferosq́ instar libitinæ: sic ení ait in floridis: si q igit̃ ex illis libitinis splendidissimo huic auditorio uelut quedam macula se immiscuit.

M.AN. Ruderũ:disiectæ materiæ qua domorũ erãt uestigia oppleta. Gratuita:gratis exhibitã. Egestionẽ:arearũ purgationẽ. Ad reliqas:ad ea icendio supessent recipiẽda. Collatiõibus:pecuniis hinc ide collatis. In rõne libitinæ:in libitinæ templo ad funus necessaria uendi consueuerũt:ut Plu.ait.

q̃ duo præcipua oppida magna ciuiũ sociorũq́ cede direpta sunt ignominia ad orientem legionibus in armenia sub iugũ missis:ægreq́ Siria retẽta:mirũ uel præcipue notabile inter hoc fuit:nihil eum patientius quã male dicta & cõuicia hominum tulisse:neq́ in ullos leniorem:quã qui se dictis aut carminibus lacessissent extitisse. multa græce latieq́ proscripta aut uulgata sunt sicut illa.

Q uis negat Aeneæ magna de stirpe Neronem.
Sustulit hic matrem:sustulit ille patrem.
Dum tendit citharam noster dum cornua partus.

Clades in britania

PHI. Classes britãnica :eutropius.britãniã pœne amisit : nam duo sub Nerõe nobilissima oppida capta illic atq́ euersa sũt:narrat Cor.tacitus quẽadmodũ grauis clades in britania accepta est tẽporibus Neronis cũ uoadica fœmina duce uniuersi sumpsere bellũ sparsos per castella milites romanos cõsectati:expugnatis p̃sidiis coloniã ipsam inuasere tanq̃ sedẽ seruitutis.nec ullum sæuitiæ genus per irã & uictoriã omiserunt:qđ nisi paulinus Suetõius propere subuenisset amissa britãnia foret. Ignominia.s.accessit.

Subiugum missi ro.

Legionibus:sub iugũ missis:sextus ruffus in epitomate tradit Neronem amisisse duas armenias:cũ romanæ legiones duæ subiugũ a persis missæ extremo dedecore romani exercitus sacra fedauerũt.historia copiose & luculẽter scribit̃ a Cor.tacito referẽte quẽadmodum cẽsenius petus dux copiarũ romanarũ cũ duabus legionibus in armenia obessus fuit a uologese rege parthorũ:tandem reper internucios cõposita liberati funt obsidiõe romani:recesserũtq́ finibus armeniorũ castellis &:cõmeatibus uologesi traditis:rumor quoq́ diuulgauit sub iugũ missas legiões iterea rõæ qđ ridiculũ fuit trophea de pthis arcusq́ in capitolio mõte figebant̃ a Nerõe. Syria:uirture corbulionis nõ solũ syria retẽta ẽ:sed & armenia domita:cui eadẽ potestas ẽ.q̃ po.ro.romanus olĩ.Cn.Põpeio bellũ aduersus p̃dões gesturo dederat. Dictis:Dicteriis scomatibus græci ledorias uocant:Macrobius dictũ uolo hostis referre sed uicti.

Potestas corbulõis

ꝑscribere domum

nero dictus horestes

Alcmeon matricida

Neonymphon

Proscripta:p scripturã publicata ꝑscribi domus dicunt̃ qñ apposita ĩscriptiõe uenales uel locãdæ significant̃.Cicero in tertio de officiis Claudius ꝑscripsit insulã uẽdidit idẽ alibi ille qđ nõ placebat ꝑscripsit:tu qđ placebat emisti. ὑβρον ορέ ῶ ‹…› :iterp̃tamẽtũ uerboꝝ græcorũ hoc ẽ.Nero horestes alcmeon:matricidia nouus spõsus ꝑpriã matrẽ iterfecit.dictus est aũt nero p cõuitiũ horestes & alcmeon quoniã matrẽ occidit sicut:& illi occidisse ꝑdunt̃ notissimũ.n.est horestem matrẽ clitẽnestram diis auctoribus occidisse:ex quo furiis agitatus est:alcmeon quoq́ amphiarai uatis filius matrem eriphilem necauit:& est ut horestes furore correptus:unde a propertio dicuntur alcmeoniæ furiæ:tradir diodorus eum consuluisse apollinem:an matrem eryphilem occidere deberet:qui respondit ut faceret:non solum quia monile aureum mater acceperat in necem paternam:sed & peplum quoq́ causa filii interimendi neonymphon hoc est nouus spõsus per probrosum scõma nominatus propter puerum sporum:quem loco uxoris habuit:uel q̃ ipse uelnti spõsa pythagoræq́ denupserat. Quis negat æneæ:his uersiculis taxatur nero tanquam matricida:omnis autem lepos & sales dicuntur ex eo uerbo sustulit:quod modo significat sursum tulit & erexit:modo abstulit & necauit:nota autem historia est ex uirgiliano carmine & Senecæ testimonio: quemadmodum æneas patrem anchisen humeris baiulans liberauit ex incendio troiano ab ænea autem oriundi sunt Cæsares:qđ nullus ignorat:igitur scriptor huius carminis festiuiter simul & mordaciter in Neronem lusit dicens eum non degenerare ab ænea progenitore:cum ille sustulerit patrem hoc est humeris baiulauerit.hic uero sustulerit matrem hoc est abstulerit necauerit & læto dederit. Dum tendit cytharam noster:distichon alterum est a superiori seiunctum.cuius hic est sensus. Qui operam impendit cytharæ:cytharam tendit:qui sagittas ab arcu mittit cornua ipsius scilicet arcus tẽdit:nero utpote cytharedus tendebat cytharam:parthus utpote sagittarius tendebat cornua scilicet arcus:hæc autem differentia est inter Neronem & parthũ dissimilia tendentes:quod nero erit pean:idest instar apollinis cytharedus:ille uero parthus erit a longe iaculator sagittarum:ex quo significatur Neronem dum indulget cytharæ profligari & uinci a parthis sagittariis:& enim ut modo diximus uologeses rex parthorum romanos legiones:cum duce peto non solũ obsiderat:sed per dedecus & ignominiam sub iugum miserat:pean aũt dicitur apollo:unde uirgines uestales ita indigitabant apollo medice apollo pean:dicitur autem pean ἀπὸ τοῦ παίειν idest a feriendo : sagittis enim ferire fert̃ tanq̃ deus sagittarius:quod ideo fictum est:quia ut inq̃t eleganter Macrobius iactu radiorum nonnunquam pestiferum immittit uirus:per sagittas autem radii ĩtelligunt̃. latona cum apollinem hortaret̃ impetum phythonis serpentis incessere sagittis:græce dixit βάλλε παῖ ἄφ:idest immitte feriendo:de peane apolline Festus Pompeius hæc peiana apollinem uocauerũt:q̃ sagittaꝝ ictu nocere putabãt:

Sustulit

Pean

Per sagittas radii peanes

est enim παίειν ferire. Alii qđ remedians morbis finem faceret talis grauitatis: hoc amplius peanes dicuntur laudes deoꝝ: peculiariter uero apollinis: sicut grammatici duo: Seruius lactantiusq̧ prodiderunt: nam παιανίζειν græci uocant uoce lætari: qđ latini ueteres uitulari dixerũt ἑκατηβελέτης uero significat a lõge iaculantem: & apollo iter cætera cognomenta ἑκηβόλος καὶ ἑκατηβόλος nuncupatur eo qđ radios tanq̃ sagittas e longissimo altissimoq̧ in terram usq̧ demittat: partus merito hecatebeletes dicit̃: cum a tergo per fugæ simulationem sagittas longe iaculet̃ & plus fugiens noceat q̃ resistens.

Vitulari

Hecatebeletes

Hecatebolos

M.AN. Duo p̃cipua oppida: camelodinũ & lodiniũ colõiæ. & cũ his Verulaniũ mũicipiũ qbus locis ad lxx. ciuiũ & socioꝝ millia cecidisse dñr. Cornelius est auctor. Legiõibus: sub iugũ missis: duæ legiões cese niipeti ductu in arméia ad arsaueiectẽ amnẽ a uologese pthoꝝ rege aliq̃diu obsidiõe p̃ssæ: nouissime ignominiosis cõditiõibus sunt dimissæ: addidit tacitus rumoré pcrebuisse eas subiugũ ẽt missas. Syria in q̃ tũ res gerebant̃ syrus apollinis filius: ut Appianus scribit terræ nomen dedit νερῶν ὀρέστης καὶ ἀλκμαίων μητροκτόνος νεόνυμφος νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινε Nero orestes: idest alter orestes matricida: nouus sponsus. nero ꝓpriam matrem occidit. Quis negat æneæ: gens Iulia ab iulo est æneæ filio lõga gentis series in neronem usq̧ per adoptiõem ꝓpagata. Sustulit: hic nero. s. Matrem: agrippinam. Ille: Aeneas. Patrem: anchisem. Ver. illũ ego per flammas & mille sequentia tela eripui his humeris tota uis & acumẽ distichi ĩ ambiguo uerbi sensum est: tollo. n. unde sustuli nũc perdo siue e medio tollo significat nũc ĩ altum tollo nũc educo: capio: siue habeo. Fabius uxorem duxi: natũ sustuli: in quo significatu tranquillus sæpe tũlit p sustulit utit̃ in priore igit̃ parte carminis sustulit pro abstulit siue pdidit accipi oportet altero loco p eo quod ẽ in altum tulit: constat nãq̧ anchisem excidio patrio ab ænea humeris delatum. Ruffus auienus sustollit dixit præsenti tempore illa aũt lybicas quæ se sustollit ad auras & rursus in primo phænomenõ: Iam placet in supeꝝ uisus sustollere cœlũ: idẽ passiua uoce sustollit̃ dixit sæpius. Dũ tendere cytharã: dum nero cytharæ studet fallit̃ siqs credat hæc carmia uno cõprehẽdi epigrãmate: quũ singula disticha diuersum sint sortita argumẽtũ: quo appet diuerso fuisse tpe edita. Dũ cornua parthus: parthus hostis corneo arcu utit̃.

Noster erit pean ille hecatebeletes.
Roma domus: fiet ueios migrate quirites.
Si nos & ueios occupat ista domus.

Sed neq̧ auctores requisiuit. & quosdam per indicem delatos ad senatum affici grauiore pœna prohibuit. Transeũtẽ eum Isidorus cynicus ĩ publico clara uoce corripuerat: qđ naupli mala bñ cantitaret sua bõa male dispoderet: & datus attellanaꝝ histrio in cãtico quodã ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ salue pr̃ salue mr̃: ita demõstrauerat ut bibentẽ natãtemq̧ faceret exitũ. c. claudii agrippiæq̧ significãs: & ĩ nouissia clausula

PHI. Roma domus fiet: hoc tertiũ distichõ dictũ est ad taxãdã luxuriosum nerõis domũ de cuius magnitudĩe supra memorauimus: q̃ ut iqt tacitus palatiũ & mecẽatis hortos nero cõtinuauerat: igit̃ pp magnitudinẽ & laxitatẽ hæc domus neroniana: nõ eẽ in urbe roma: sed ipsam romã capere uidebat̃. Veios migrare: post urbẽ romã a gallis euersam tribuñi plebis assiduis ↄtiõibꝫ agitabãt: ut po. ro. afflictis p̃riæ ruinis ueios ethruscã ciuitatẽ & id tpis opulentã integrãq̧ trãsmigraret: quod ne fieret auctoritate camilli dictatoris effectũ est: q persuasit populo. ut omissa ueios transmigratiõe ruinas patriæ repararẽt: & solum genitale habitarẽt. historia luculẽter scribit̃ a Liuio lib. v. ad quã alludunt hi uersiculi: fuerãt. n. ueiẽtes ethrusci populi adeo florẽtes pollentesq̧ ut decẽnale bellũ aduersus romanos firmiter cõstanterq̧ tollerauerint: & tũc primũ romani milites sub pellibus hiemare coacti sũt: qdam neotericoꝝ autumãt ueios esse oppidũ illud qđ hodie uulgo dr̃ ciuitas castellana. Neq̧ auctores: uersiculoꝝ.

An trãsmigratio ueios fiat ueii ciuitas castellana

Delatos: denũciatos accusatos. Cinicus: cinici philosophi a canibus nũcupati sunt quoꝝ uitam: ut inqt Lactãtius imitant̃: qdam a gymnasio cyno sarge dici autumant: cynicæ sectæ cõditor fuit anthistenes: Diogenes illustrator: hi nullam uerecũdiæ rõnem habẽtes in ꝓpatulo cohibãt: qđ olim Diogenem gloriabũdũ fecesse tradit Augu. in. xiiii. de ciuitate dei. peculiare cynicoꝝ est libere carpere & cõuiciari: nec minus principis q̃ priuatos iterrogatus aliquando Diogenes cur canis uocaret̃: quod eis inqt blandior q dant: in eos uero q nõ dant oblatro: malos aũt mordeo. Corripuerat: castigauerat reprenderat mulctauerat palam ex instituto sectæ cynicæ. Naupli mala: nauplius palamedis pater dolens: filiũ suũ factione græcorum interemptum cum uideret classem illorũ tempestate laborare caphareũ euboiæ montem ascendit & eleuata facula a signũ dedit uicini portus: qua re decepti græci inter asperrimos scopulos naufragiũ ꝓtulerũt: hinc a propertio dictum ẽ: nauplius ultores sub noctem porrigit ignes: & natat exuuiis græcia præssa suis: omnis autem de nauplio historia & calamitas tragœdiis perscribebatur: unde nero utpote tragœdiarum actor illa solebat scœnico habitu: subinde cantare quod principi probrosum est: consimili castigatiõe incessebat Diogenes cynicus grammaticos: quod cum Vlyssis mala requirerent sua ignorarent: itidem musicos carpebat: quod cum lyræ chordas congrue aptarent: animi mores inconcinos haberent. Datus: nomen est histrionis attellanarum fabularum: de quibus supra memorauimus. In cantico: cantica comœdiarum membra sunt: in quibus ut auctor est diomedes. una tantum debet esse persona aut si duæ fuerint ita debẽt eẽ:

Cynici a canibus

Canis diogenes

nauplius ultores ignes ĩ grãmaticos & musicos

Cantica comœdiaꝝ

ut ex occulto uno audiat nec loquaẽ:sed secũ si opus fuerit uerba faciat.ubi uero psõæ plures uersanẽ ille
Diuerbia comœdiaꝝ partes nosanẽ:diuerbia a psonaꝝ diuersitate hoc obiter dictum sit ut intelligas illud liuianũ:
locus liuii ĩde ad manũ cãtari histrionibus cœptum:diuerbiaq; tm̃ ipsoꝝ uoci relicta.υγίαινε.latine interp̃taẽ ua-
le pr̃ uale mr̃:erãt aũt hæc uerba in cantico fabulæ græcæ:q̃ cũ ab histriõe recitarenẽ rep̃ntauit more acto
ris bibẽtem & natãtem:ut ita significaret claudiũ bibẽdo agrippinam natãdo periisse:nam claudio uenenũ
in portione datum nõ in boleto quidam prodiderãt:quod & supra tranquillus ostendit dicens traditum
esse a quibusdam datum fuisse uenenũ claudio per prægustatorem. Clausula:scilicet cãtici athellanici.
M.AN. Noster erit pean:q̃q̃ simpliciter ad apollinẽ ob lyrã id referẽdũ uideaẽ:qa tm̃ pean dixit pcusso
rẽ accipias παίω ferio:uñ pean:Iu.parce p̃cor peã:& tu depone sagittas & mox postea:sed peã cõtrahit ar-
cũ. Ille:pthus hostis. Hecatebeletes:a lõge feriẽs græce ἑκατηβελέτης dr̃ & ἑκατηβόλος Homerus
ἑκατηβόλου ἀπόλλωνος. Roma domus:Nerõis.s.q̃ totã urbẽ occupabat:pli.& quota ps ea appara
tus fuit aureæ domus ambiẽtis urbẽ:ut prio disticho illi mr̃na cædes exprobrabaẽ atq; ei pximo ĩeptũ cy-
tharizãdi studiũ:ita hoc tertio ædificãdi luxuria. Veios migrate qrites:ad ueterẽ allusit historiã Liui.est
auctor senonas urbe eiectos eaq; incẽdio:& ruinis deformata cõsultatũ ĩter patres an ad ueios populariter
migrare deberẽt:sed uæhemẽti camilli orõne:quã sup ea re habuit tẽpestiuoq; omine cõfirmari:perseuera
rũt ciues Romam ĩcolere:est ueioꝝ oppidũ in æthruria nec multũ ab urbe distãs qppe uñ nihil ĩtermisso
cursu romã usq; equos cucurrisse cõstat.Pli.maius auguriũ circa priscos plebeiis circẽsibus excusso auriga
ita:ut si staret cucurrisse ĩ capitoliũ equos sedẽq; ter lustrasse maximũ uero eodẽ puẽisse a uehiis cũ palma
& corona effuso rutumẽa:q ibi uicerat:q̃q̃ nõ eo ĩficias ĩtermisso ẽt cursu hoc accidere potuisse. Si nõ &
ueios:ĩuidiose dcm̃ q̃si tãta eẽt domus uastitas ut piculũ eẽt ne ueios quoq; occuparet. Cinicus:cinici do
gmatis sectator.Clara uoce cinicoꝝ fuit apta allatratiõe uitia corripe. Nauplii:fuit is palamedis q ad tro-
iam piit pr̃ q̃sdẽ ĩmeritã filii mortẽ in græcos ultus ẽ:Vale.flaccus & face sæua in tua mox danaos actu-
rus saxa caphareu:Nauplius. Mala:ĩ tragœdiis relata ὑγίαινε πάτερ ὑγίαινε μῆτερ.i.salue pr̃ salue mr̃:
sic.n.ĩscripta erat athellanica fabula. Demõstrauerat:histrio. Bibẽtẽ:prẽm ad claudiũ alludẽs:q ueneno
sublatus est:q̃q̃.n.boleto ĩditum credaẽ.fuerũt tñ q aliter datũ opinarenẽ quasi poculo infusum. Natan-
tem:hoc ad agrippinam quæ quantum in nerone fuit naufragio periit. Nouissima clausula:fabulæ.

Orcus uobis ducit pedes senatum gestu notaret histrio-nem & philosophum nero nihil amplius q̃ urbe Italiaque summouit.uel contemptu omnis infamiæ:uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.

De defectione galliaꝝ cõtra eũ & aliis gestis eius.



TAlem principem paulo minus.xiiii.annos perpessus terrarum orbis tandem destituit initium facientibus gallis duce iulio uindice qui tum eam prouinciam proprætor optinebat:prædictum a mathematicis.Neroni olim erat fore ut quandoq; destitueretur:unde illa uox eius celeberrima τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει tota terra nutrit mimam artem:siue articulã:quo maiore uenia

Orcus du-
cit pedes PHI. Orcus uobis:uerba sunt
fabulæ athellanicæ:in qua ex ar-
gumento dicebaẽ orcus.i.pluto
uobis ducit pedes:ut significareẽ
illos ad mortem duci.puerbialis
Orcus enim locutio est orcus tibi ducit
pedes pro eo qd̃ est pluto trudit
trahitq; te ad inferos:idest tu a
morte cuius preses:est pluto du-
ceris igitur cum histrio hãc clau-
sulam referret:ubi pnunciauit di
ctiõem illam uobis per gesticula
tionem histrionicam notauit se-
natum tãquam nero orcus signi-
ficareẽ:qui senatoribus ducebat
pedes:cum senatoribus foret ĩfe-
stissimus:eũq; ordinẽ sublaturũ
se q̃nq; e repu. minareẽ:itidẽ uer
res a Cicerone ob similitudinem dictus est alter orcus:orcum aũt plutonem dici nullus ignorat:q uel saltẽ
legerit illud maronianum:pallidus orcus Eumenidesq; sate:ab urgendo orcũ inclinari autumat festus ue-
Sumanus teres sumanũ dixerunt quasi sũmũ manium:ut ĩterpretaẽ marcianus de nuptiis philologiæ:idẽ uedius nũ
Vedius cupatus:quẽ & plutonẽ & ditẽ uciouẽq; dixerũt ab antiqs dictus est qetalis:credo quia mors quies est eñ
Quietalis naꝝ:qdam legũt orchis accipiuntq; p saltatiõe:quod parũ quadrat parũq; habet acuminis. Histrionem:
scilicet datũ:q egerat fabulã athelanã. Philosophũ:Isidoꝝ cynicũ:q neronem in publico corripuerat. Sũ
mouit:eiecit. Cõtẽptu ĩfamiæ:ĩfamiam facile cõtemnũt pbrosi homines & dedecorosi:uñ & a iuuẽale di
ctũ in fœminam ĩpudicam:famã cõtempserat olim:cuius apud molles minima est iactura cathedras. Irri-
taret:si demõstrasset se dolẽter affici ex talibus obiurgatiõibus:haud dubie irritasset prouocassetq; ĩgenia
eruditoꝝ ad pbra hoc genus cõminiscẽda in ĩpm neronẽ:sed dũ simulat hæc susq; deq; facere:uel re uera
Desertio floccipẽdit nimiꝝ relentescũt ingeniosi ab talibus excogitandis:qbus prĩceps nõ moueẽ. Destituit: dese-
neronis ruit:Eutropius:romãæ urbi execrabilis nero ab oibus simul destitutus. Iunio uindice.historia hæc est:iu
nius uindex galliæ prætor ĩsurrexit in neronem bellũq; apte suscepit scriptis ad galbam litteris:q id tempo
ris erat in hispania:quẽ hortabatur ad accipiẽdũ ĩpiũ.ruffus uero uirginius:q legionibus potentissimis præ
erat cũ ipator a suis appellareẽ:dicebat se neq; acceptuꝝ ĩpiũ neq; pmissuꝝ ut alii dareẽ:q a senatu electus

nõ foret:hinc uirginii uĩdicisq; exercitus simul cõflixerũt:quo cõflictu uĩdex se ipm interemit:unĩ rumor uulgatus est ipiũ uirginio oẽs dare uelle:tũc demũ galba sibi metuẽs ad uirginiũ scripsit:eumq; iuitauit ad romanũ ipiũ libertatẽq; tutãdã:q ubi cognouit neronẽ occisũ eẽ galbæ pide ac ipatori obuiam pfectus ẽ: hos tris tãq̃ assertores romãi ipii extictoresq; nerõis iũctim locauit Iuuenalis:ubi ait:qd.n. uirginius armis debuit ulcisci magis aut cũ uĩdice galba? τοτεχνιον:latie significar articulã oĩs terra nutrit:nero ãt usurpabat hãc græcã sniam:ut significaret sibi necessariũ eẽ aliquã uel mĩmam artiũ ediscere:ut destitutus deiectusq; impio ab illa nutriri aliq; posset:artes.n.& disciplĩæ ubiq; gẽtiũ.ubiq; locorum parãt artificibus alimẽta:hæc.n.sũr prædia & uiatica:quæ nobis a fortũa adimi non possunt:quæ etiam e naufragio possũt enatare:quæ nos nusq̃ destituũt:talia dicebat Aristippus uiatica liberis oportere parari:in quæ fortuna non habet imperiũ:Theophrastus uero ait doctũ ex oĩbus solũ neq; i aliẽis locis peregrinũ neq; inopẽ futurum:qdã codices hñr uersum Homeri dimidiatũ:quo poeta eximius cecinit nihil alere terrã miserius hoĩe tanq̃ nero idẽtidẽ usurparet hãc homericã sniam:q nihil terra nutrit miserius ανφρονταρφιο.i.homũculo.

Mors uĩdicis

Disciplinæ uiatica

Dionysius docuit pueros

M.AN. Orchis:saltatio:sic.n.legerim potiusq̃ orchus ut oẽs codices quos uidimus hñt ut latẽter taxatã itelligamus turpẽ senatus assentationẽ q canẽti nerõi plauderet nisi orchus p nerõe accipiatur q̃si alter in absumẽdo senatu orchus. Gestu:idecoro plausu. Histrionẽ.q fabulã egit. Et phũm:Hisidorum cynicũ. Cõtẽptu:qa uere cõtẽneret puifaceretq; eiusmõi obtrectatiões. Irritaret:cõcitaret. Ingẽiosos:ad plura in se scribẽda. Destituit orbis.i.hoium cõsensus fauor:stũdiũ. Iulio uĩdice:de uĩdicis & Galbæ defectiõe:tacitus abũde mlta τοτεκνιονπασαγαια τρεφει filiolũ tota terra nutrit. Maiore uẽia.i.mĩor accusatiõe.

meditaretur cytharedicã artem principi sibi gratam priuato necessariam: Spoponderunt tamen quidam destituo ei ordinationem orientis nonnulli nominatim regnum hierosolymorum plures omnis pristinæ fortunæ restitutionem. Cui spei pronior britãnia armeniaq; amissa:ac rursus utraq; recepta defunctum se fatalibus malis existimabat. Vt uero cõsulto delphis Apolline septuagesimũ & tertium annũ cauendum sibi audiuit quasi eo demũ obiturus:ac nihil coniectans de ætate Galbæ tanta fiducia nõ modo senectam : sed etiam perpetuam singularemq; concepit fœlicitatẽ:ut amissis naufragio pciosissimis rebus nõ dubitauerit inter suos dicere pisces eas sibi relaturos. Neapoli de motu galliarum cognouit die ipso:quo mrem occiderat adeoq; lente ac secure tulit ut gaudendi ẽt suspitionem pberet tanq̃ occasiõe nata spoliandarum iure belli opulẽtissimarum prouinciarum. Statimq;

PHI. Meditaretur:exerceret ĩde meditatiões dictæ exercitatiões: & ut inqt Vegetius nihil est tam difficile:quod nõ assidua meditatio facillimum reddat. Priuato necessariã:tãq̃ si unq̃ priuatus eẽt futurus uellet cytharedicã artem pfiteri:cuius q̃stu aleretur:sunt.n. disciplinæ & imprimis litteræ in rebus secũdis ornamẽto i aduersis psidio:Diõysius tyrãnus cũ syracusis esset expulsus dr corithi apuisse ludũ litterariũ : puerosq; docuisse artẽ quoq; cytharedicã fuisse quæstuosam testatur martialis cũ ait artes discere uult pecuniosas:fac discat cytharedus aut choraules:ariõ quoq; musica cytharedicaq; arte pstãtissimus grãdem pecũiam & uberes q̃stus factitauit:eiusq; artis gra periãdro regi corithiorum fuit dilectissimus

Arion ex musica opulentus

qdã mathematici. Noiatim:q spõdebãt nerõi ordĩationẽ oriẽtis:hi gñal'r:loqbantur:ut nõ hãc magis q̃ illã regionẽ oriẽtalẽ significarẽt:qdã uero noiatim speciatiq; dixerũt neronẽ hiturum in oriente post defectionẽ oium regnũ hierosolymorum:hierosolyma ãt ecc'liastici scriptores hierusalẽ uocãt:dñr ãt hierosolyma.ut pdidit Egesippus q prio solyma dicebãtur:sed cũ rex cananeus cognomẽto iustus:q fuit cõditor solymorum tẽplũ addidisset:ĩde hierosolyma nũcupauit:græci.n.ιεpov tẽplũ uocãt.autũat Eusebius i.ix.euãgelicæ pparationis:hierosolyma appellari q̃si hierõ solomõis hoc ẽ ædẽ solomõis a tẽplo:qd solomõ hierosolymis pl'cherrimũ magnificẽtissimũq; cõstruxit. Cui spei:quã faciebãt plures ex mathematicis:ut.s.sibi pristĩa fortũa oĩs restitueretur:natura.n.cõpatũ ẽ.ut id libenter credamus spemusq; futurum:qd uolumus ac optamus. Vtraq; recepta:supra meorauimus:neronẽ accepisse clades alterã i britãnia alterã i armẽia:q mox britãniã recepit uirtute Suetõii paulini:& armeniã uirtute corbulõis ex quo iterptabatur se restitutũ eẽ i pristinã fortunã : & ita liberatũ eẽ a piculis malisq;:q̃ fata portẽdebãt. Defũctũ:liberatũ:uirgiliꝰ neq;q̃ magnis defũctæ piclis: Liuius defũcta morbis corpa.dixit p liberata:defũctũ exposuit Dõatus Terẽtiãus iterps p finitũ:ĩde mortui defũcti q finierũt pegerũtq; uitæ mũia. Septuagesimũ &.iii.ãnũ.oracula sæpe flexiloq̃ & obscura sũt: ut iqt cicero i.ii.de dĩnatõe:qd & plimorum exẽpla notificãt:tale fuit hoc apollinis oraculũ nerõi datũ:nã cũ dixisset nerõi cauẽdũ eẽ ãnũ.lxxiii.existiauit nero id significari.qd ipe eo ætatis suæ ãno eẽt moriturus:sed oraculũ:ut mox patuit significare uolebat nerõi metuẽdũ eẽ galbã.q agebat.lxx.& tertiũ ætatis ãnũ:qñ ex turbato nerõe factus est ipator. Quasi eo demũ obiturus:ueluti moriturus eẽt ãno ætatis suæ.lxxiii.quæ ætas fuissꝫ haud dubie polychrõia. Pisces relaturos:exẽplo polycratis samiorum tyrãni:quẽ fœlicẽ fuisse tradũt eo qd nihil acciderat ei qd nollet:q ex ꝯsilio amasis regis ægyptiorum ãnulũ pciosissimũ: quo delectabatur

Hierosolyma unde Solyma

Quod uolũt credũt

Defunctus

Oracula flexiloqua

Fœlicitas polycratis

annulus re-latus poly-crati

in mare abiecit:ut ita aliqd moleſtiæ expireť in uita:ueꝝ rurſus fcũs eſt fœlix:cũ is ipſe ãnulus in ꝑcordiis piſcis inuentus eẽt:quẽ piſcator captũ ꝑ mũere obtulit:hiſtoria ſcribiť luculẽter ab herodoto in tertio:cu-ius & Cicero in.v.de finibus & Pli.in.xxxiii.& in ultimo meminerũt. Die ipſo:nero matrem ĩterfecit:per feſtos qnquatriũ dies q ſũt mẽſis marcii mineruæ dicati:idẽ poſt multos annos eodẽ ipo die nũciũ accepit de rebelliõe galliaꝝ:& iulii uindicis defectiõe tanq̃ ita fata diſponerẽt ut quo die cõmiſerat matricidiũ:eo euerſionẽ ſubiret ipii. Lẽte ac ſecure tulit:ſcribit plutarchus ĩ Galba neronẽ audita defectiõe uĩdicis ſimu laſſe ſe illũ cõtẽnere ac nihili ducere res galloꝝ:qnẽt uelpti ꝑ iocũ ad amicos dixiſſe ferť:nõ malã ſibi pecu niis egenti rebellionẽ galliaꝝ incidiſſe:quaꝝ opes cũ in ſeruitutem ueniſſent:ſibi ꝑdæ futuras aſſeuerauit: galliæ enim inter prouincias ſũt opulentiſſimæ & ob id accõmodæ ad imperatorem dimitiis ſaturandum.

M.AN. Meditareť:exerceret. Quidam:mathematicoꝝ. Cui ſpei:priſtinæ.ſ.fortũæ in ĩtegrum reſti-tuendæ. Britãnia & armenia:de quaꝝ alienatione in trãſcurſu auctor.nã quũ ro.legiones a parthis ſubiu-gatæ ſũt:ob armeniã eſt bellatũ Defunctũ:ad exitũ peruiſſe. Aetate:galbæ q eũ uitæ annũ agebat quũ in hiſpãia ĩpator cõſalutatus eſt. Singularẽ:unicã & nullo mõ uariabilẽ:aut tã lõgã:ut nulli pricipũ lõgior cõtigiſſet. Piſces:eas ſibi relaturos qđ policrati ſamio oĩum pricipũ q ſua ætate fuerũt fortũatiſſimo cõti-giſſe Herodotus & Pli.tradũt ut ãnulũ in mare ꝓiectũ eximii ualoris ſardonicẽ ait.Pli.fuiſſe piſcis a piſcato re oblatus reſtituit. Die:quo mr̃em occiderat:nõ illo tpe ſed eo anni die quo mater ab illo occiſa fuerat.

in gymnaſiũ progreſſus certãtes athletas effuſiſſimo ſtudio ſpectauit:cœnæ quoq; tpe interpellatus tumultuoſioribus lrĩs hactenus excanduit ut malum his q deſiſſent minareť deniq; per octo continuos dies perſcribere cui non manda-re quid aut præcipere conatus rem ſilentio oblitterauit.

De reditu eius ad urbem:& contumeliis in eum dictis & aliis geſtis eius.



Dictis tandem uindicis cõtumelioſis & freq̃ntibus ꝑmotus ſenatum epiſtolam in ultionem ſui.Reiq; pub.adhortatus eſt:excuſato lãgore fauciũ ꝓpter quem nõ adeſſet. Nihil aũt æque doluit:q̃ ut cytharedum malũ ſe increpitum ac pro nerõe Aenobarbum appellatũ: & nomen q̃dẽ gẽtile:quod ſibi per cõtumeliam exprobare tur reſumpturũ ſe profeſſus eſt depoſito adoptiuo. Cætera cõuitia ut falſa nõ alio argumento refellebat:q̃ quod ẽt ĩſci tia tantope laborate perfectæq; a ſe artis obiiceretur: ſingu los ſubide rogitãs noſſent nequẽquam præſtãtiorem . Sed urgentibus aliis ſup alios nunciis Romam prætrepidus re-diit:leuiterq; mõ in itinere friuolo auſpicio mente recreata quũ annotaſſet inſculptum monumẽto militem gallum ab eqte romano oppreſſum trahi crinibus ad eam ſpeciem exi luit gaudio:cœlũq; adorauit.Ac ne tũc quidem aut ſenatu aut populo corã appellato quoſdã e prioribus uiris demũ euocauit.trãſactaq; raptim cõſultatione reliquã diei ptem

PHI. Ter tribunus mil. q ter functus erat dignitate tribunatus militaris. Præfectum castrorũ: ad officium p̃fecti castrorũ ut inquit Vegetius in secundo positio ualli pertinet & fossæ extimatio tabernacula militum nutu ipsius curabantur: præterea ægri cõtubernales & medicorum a quibus curabantur expensæ ad præfecti castrorum curam pertinebant. Item uehicula ferramenta instrumenta bellica ne deessent aliquando procurabat. hic post longam probatamq; militiam peritissimus omnium eligebatur: ut recte doceret alios. quod ipse cũ laude fecisset. Prætoriæ dignitatis: quæ præturæ honore fuerat decoratus. Spoletum euntibus: qua parte itur ad spoletinos quos Plinius collocat in. vi. Italiæ regione. Vespasiorum: quẽadmodum paterna uespasiani gens dicta: est flauiorum: ita materna uespasiorum nuncupabatur. Magnũ

De offõ p̃fecti castrorum

uespasii

ter tribunū militum:præfectumq; caſtrorum fratremq; ſe-natorem prætoriæ dignitatis locus etiam nunc ad ſextū miliariū a Nurſia ſpoletum euntibus in monte ſummo appellatur Veſpaſiæ ubi Veſpaſiorū complura monumenta extant. magnū indicium ſplēdoris familiæ & uetuſtatis nō negauerim iactatum a quibuſdam Petroniū patrem e regione trāſpadana fuiſſe mancipē operarū: q̄ ex umbria in ſabinos ad culturā agrorū quot annis cōmeare ſolerēt ſubſediſſe āt in oppido reatino uxore ibidem ducta: ipſe ne ueſtigium quidem de hoc q̄uis ſatis curioſe inquirerem: inueni.

De natiuitate Veſpaſiani: & eius educatione: & honoribus per eum geſtis.



Eſpaſianus natus eſt in ſabinis ultra reatē uico modico: cui nomen eſt phalacrine. xv. calen. decembris ueſperi Quinto Sulpitio Camerino. C. Pompeio Sabino conſulibus: quinquēnio antequam Auguſtus

inditium ſplēdoris: locus dictus ueſpaſia: & ueſpaſiorū mōumēta habūde īdicāt magnoſq; fuiſſe argumēto ſplēdidā fuiſſe uetuſtāq; familiā ueſpaſiæ pollæ ueſpaſiāi mrīs: Iactatū: ianiter diuulgatū Seruius illud maronianū talia iactāti expoſuit ꝑ ianiter loq̄nti. Petroniū patrē: Corrige petrōi patrē ut ītelligas Trāq̄llū loq̄ de patre. T. flauii petroni mūicipis reatini: a quo exorſus eſt dudum maiores ueſpaſiāi.

Manceps operarum — Mācipē: operarū. Cōductorē: redēptorēq; ſeruoꝝ & operariorū. hic locus a nobis enodatus eſt in libro annotationū: ubi ſcripſimus mācupes appellari rōanos publicāorū prīcipes q q̄ſtus ſui cā decumas redimūt. præterea mācupes dicebanť: q a populo aliquid emebāt conducebant ue. Plinius dixit q; manceps præualens annonam flagellat. appellatione uero aperarum perſonas ipſas atq; operarios ſignificari eodem in loco a me annotatum eſt. Quæ: operæ ideſt operarii & mancipia mercēnaria. Vmbria: Plinius umbriam collocat in ſexta Italiæ regiōe umbrorum gens antiquiſſima Italiæ exiſtimatur. a græcis umbri dicti quod umbribus ſuperfuerint. ὀμβρος græci imber appellatur. Quod annis commeare: hac tēpeſtate circumpedani idem factitant qui quot annis commeant ad nos & ad flaminiæ populos: qui prætio conducti locant operas diurnas & menſtruas ad culturam agrorum qua peracta ſuffarcianati pecunia in patriam regrediuntur. Subſediſſe: ſubſtitiſſe manſiſſe: alias ſignificat depreſſum eſſe Virgilius ſubſidere uales. In ſamnio: ſamnium cuius regionis cultores ſamnites dicti: conterminum eſſe ſabinis teſtis eſt Plinius in tertio. quidam legunt in ſabinis: in regione autem ſabinorum ſitum eſt reate. Phalacrine: ſi licet per coniectaturam ſcrutari cauſas nominum: quid uetat credere hunc uicum nomen accepiſſe ex eo q; homines calui illic naſcerentur: quos græci phalacros uocant: ſicut in inſula mycono iuuētus omnis calua pſebatur. unde a Plinio dictū eſt in. xi. quod myconii carentes capillo gignuntur: quod & Lucilius indicat cum ait. mycōii calua omnis iuuētus. unde etiam prouerbium græcū eſt. φαλακροὶ μύκονιοι ideſt calui myconii. Corui aquatici naturaliter caluent. quibus apud græcos inde nomen eſt: hoc dixit Plinius: ſed qđ nomen foret id non addidit: Scito aūt tales coruos a græcis dici phalacrocoraces quaſi caluos coruos.

Vmbri unde — Subſidere — Muconii calui — Prouerbiū græcum — Phalacrocoraces

M. ANTO. Præfectū: caſtrorū cui curæ erat caſtrorū metationē legere: uallū iacere tabernacula diſponere: tormenta bellica & alia huiuſmodi curare: ut planæ affirmare poſſis hāc caſtrēſem ꝑſātem nō multū diuerſam fuiſſe ab ea: quā hodie optinent q caſtrorū magiſtri dicunť eſt alioquin haud ignotum quid ꝑfecti nomen ſignificet. Veſpaſiorū: eius familiæ uirorum. Magnū indicium: argumentum: demonſtrationem. Iactatum: leuiter traditum. Mancipem: Aſconius Mancipes publicanorū principes qui quæſtus cā decimas redimūt. Feſtus. Manceps inquit diciť quicquid a populo emiť cōduciturue qa manu ſublata ſignificet ſe auctorem emptionis mancipē ergo pro redēptore accipias licet pro eo dico q. ſub ſe oparios ad opus aliquot conductos haberet. Plinius. Hunc ſiue emulatione incitatus manceps proxime ſutrinæ. Ex umbria occurrit: quare ex umbria ſi ex tranſpadana fuit regione: ſed tu inde oriundū immo ibi natum potius accipias uerum in umbria uixiſſe atq; ibi factum mancipem. Sabinos: ſunt ſabini umbris affines: atq; ab illis oriundi: dicti ut quidam exiſtimauere a religione: & deorum cultu quaſi ſeuini: Cato ut Dionyſius ſcribit ex ſabino ſangi diui gentilis ſabinorum genti nomen impoſitum: credidit. Ne ueſtigium quidem: ne ſignum quidem aliquod. In ſamnis: hic quoque locus librariorum incuria: ne ignorantia dicam ſemel inuerſus ita inoluit ut indifferenter a cunctis mendoſe legatur: ſamni in reatino agro imo nuſq̄ qđ ſciā leguntť: q̄q̄ ſi id ipſum daretur pro populo: aūt proprio loci nomine accepi nequeat: & enim quid aliud eſſet dicere ſamnos eſſe in reatino agro q̄ populum in populo eſſe nec ſamnites: aut ſamnium de qua gente aliquis ſuſpicari poſſet inſunt: Plinius poſtq̄ ſamnitium meminit: ſabinorum inquit Amitternini cirenſes: forum decii forū nouum: fidenates: interemnates: Nurſini: nomentani: reatini: trebulāi: & mox Paulo: tiburtes: parmates. ex qua deſcriptione apparet reatinos eſſe immedios ſabinorū: ne aliquo modo ad ſamnium reatini fines attinere credanť: nec pro loci noīe pōt accipi quū phalacrinem dicat auctor uicū ī quo natus ſit Veſpaſianus appellatū q cū ita habeant nō dubitauerim affirmare pro ſamnis ſabinis eſſe legēdum: qđ ipſum uel una rōne confirmatur: quia reatinus ager totus ſit infra ſabinorum fines: accedit ad hæc pronus

ad errorem lapsus ut unò mediæ syllabæ elemento inuerso deprauata sit dictio.

excederet:educatus sub paterna uía. Tertula in pdiis cossanis:quare princeps quoq & locũ Icunabulorum assiduæ frequẽtauit:manẽte uilla qualis fuerat olĩ: ne qd.s.oculorũ cõsuetudini deperiret:& auiæ memoriã tãtopere dilexit:ut solẽnibus ac festís diebus poculo quoq eius argenteo potare perseuerauerit:sumpta toga uirilí latũ clauum q̃q̃ fratre adepto diu aduersatus est nec tandé appeteret: compelli ni si a matre potuit. Ea demum extulit magis conuicio q̃ pręcibus:uel auctoritate:dum eum identidem per contumeliam Anteambulonem fratris appellat Tribunatũ militũ in thracia metuit:quæstor cretam:& cyrenas puiciã sorte cœpit, ædilitatis ac mox præturæ cãdidatus etiam nõ sine repulsa:

PHI. Excederet:moreretur. Cosanis: cosa oppidũ est ethruriæ a po.Ro.deducta colonia:ut meminit Plini. Virgilius pluraliter cosas dixit cum ait.i.x.Quiq urbem liq̃re cosas quis tela sagittæ. Consa uero ciuitas est in hirpinis: quæ post cladem cánésem tradita est Hánibali.ut docet liuius sed cõsani nihil ad cosanos. Priceps : iam creatus impator. Locum incunabulorũ:ubi educatus fuerat:incunabula.n.appellamus nutricationé puerilé a cunabulis : qui lectuli sunt in quibus infantes iacere consueuerũt. Oculorũ consuetudini: noluit Vespasianus uillã elegãtius neq nitidius reformari in qua fuerat educatus:ut loca illa iam princeps inuisens facilius recordaret educatiõis puerilis.nam immutata uilla induxisset facile obliuionem incunabulorum. Auiæ:tertullæ. Latum clauum: dignitatem senatoriam Antiqui clauata uestimenta dixere clauis intexta. Aduersatus est : recusauit dignitatem tanq̃ senatoriam onerosam:sicuti olim mecenas substitit intra dignitatem equestrem: cum illi laticlaui dignitas pateret.Cicero in oratione pro cluentio laudat quosdam equites Romanos: qui maluerunt degere in uita tranqlla q̃ ascendere ad senatoriam dignitatem:quæ plena est molestiarũ & difficultatum. Quanq̃ fratre adepto:q̃uis Sabinus frater iam senator esset factus. Extudit:tundendo instando impulit ad latum clauum appetendũ.Extũdere enim est tũdendo hoc est percutiendo elicere & excudere: Virgilius.ut uarias usus meditãdo extũderet artes. Si legis extulit:frigidum uerbum est:nec elegãtiæ tranquilli satis accommodatũ. Identidem:frequenter. Per contumeliam:quæ a contemptu dicta est. Anteambulonem : ueluti antecursorem satelitemq sabini fratris.anteambulones dici uoluerũt stipatores & satelites:qui in itinere solent præcedere pricipé uelu i antecursores:unde ab ante & ambulo dicti anteambulones:qua dictione usus est epigrammatarius poeta. sum comes ipse tuus tumidiq anteambulo regis: idem alio loco.Cẽturo miselli iam ualete quadrãtes anteambulonis congiariũ lassi. de his intellexit Seneca sic scribés in.xiii.epistolarũ.o q̃ cuperé illi occurrere aliquem ex his trosulis in uia diuitibus cursores & numidas & multũ ante se pulueris agẽtem.uespasianus cũ audiret se anteambuloné fratris appellari crebriter a matre:ne tali conuitio notaret petit senatoriã dignitatem & impetrauit: generosus.n.aius contumeliã pati non põt.& ingenia liberaliter educata ut inquit uerissime Hieronymus Facilius uerecũdia q̃ metus superat:& quos tormenta nõ uincũt interdũ uincit pudor. Meruit:militauit.Cyrenas prouinciam:cyrenaicã puinciã significat:quæ in africa est pentapolitana a scriptoribus dicta a quinq urbibus: qbus maxime inclyta est:quarũ hæc sunt noia berenice arsinoe Ptolemais apollõia ipsaq cyrenæ. Sorte cœpit:qa sortiebantur prouincias quod alio loco declaratum est. Candidatus:petitor.

Cosæ op.

Incunabula

Senatoria dignitas recusata

Extũdere

Anteambulones

Generosus aius ipati ens cõtumeliæ

Pẽtapolitana

M.ANTO. Cossanis:quæ cossano agro erant sunt cossæ littorale hetruriæ oppidum non longe a grauiscis. Virgilius.& pyrgi ueteres itempestateq grauiscæ est & cõpsa i lucania ciuitas: sed cossanis ubiq scriptum reperio. Princeps:post adeptum principatum. Auiæ:tertullæ. Fratre adepto: idest q̃q̃ sabinus frater lati claui uestis usum recepisset. Diu auersatus:detestatus. A matre:Vespasia. Extulit: excitauit. Anteambulonem:anteambulones dicuntur:qui officii gratia principem aut alium comitãdo præcedunt in quem sensum Martialis quoq eam dictioné usurpauit. Cretam & cyrenas : & si cyrenæ in lybia sunt:hæ tamen prouinciæ una sæpius decernebantur Strabo octauum inquit prouinciam cretẽtũ cyrenaica. Sorte cœpit:sortitione adeptus est: nam extra sortem prouinciæ nõnunq̃ dabantur.

PHI. Sexto loco:intelligimus sexto loco aliquem ademptũ esse magistratũ non ꝙ quiqes antea habuerit repulsam:sed ꝙ prioribus locis petere nõ potuit pp candidatos alios:quibus ob dignitaté prius & secũdus & deiceps alia loca gradati i petitiõe cõcedebãt legius ap liuiũ:qd i unũ locũ.L.Flãminius & Pu.Corneli.cõsulatũ petebãt cõitiis cõsularibus.ego existio ita distiguẽdũ ut cãdidatus edilitatis uix.vi.loco edilitaté sit adeptus.In petitiõe uero pturæ fuerit prius ptor renũciatus:qd erat honorificũ:sicut & Ci.gloriat se primũ ptoré a cũctis cẽturiis fuisse renũciatũ. Caiũ:caligulã. Ne quo nõ genere.i.ut omni officiorũ genere illũ sibi cõciliaret. Extraordinarios:alias dixius quẽadmodũ ediliũ & ptorũ officiũ peculiare erat exhibitio ludorũ:unde uespasiáus ptor depoposcit sibi cõcedi:ut ludos extraordiné facere posset. Pro uictoria germanica:in superioribus dictũ est quẽadmodũ Caius caligula expedinionem aduersus germanos sumpsit quæ magis ridicula fuit q̃ impatoria. Cõiuratorũ:qui coniurassent in caligulam & enim aliquot

ſextoq̨ loco uix adeptus eſt. Ac prima ſtatim petitiõe: & in primis prætor infenſus ſenatui Caium ne quo nõ genere demereref ludos extraordinarios pro uictoria eius germãica depopoſcit pœnęq̨ coniuratorũ addẽdum cenſuit: ut in ſepulti proiicerentur. Egit & gratias apud ampliſſimum ordinem q̨: quod ſe honore cœnæ dignatus eſt.

De uxore & filiis eius.



INter hæc Flauiã Domicillam duxit uxorem Statilii capellæ equitis Romani ſabraceni ex Africa delegatã olim latinęq̨ conditionis: ſed mox ingenuam & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronunciatã patre aſſerẽte Flauio liberale Ferẽtini gẽito: nec q̨cq̃ amplius q̃ quæſtorio ſcriba. Ex hac liberos tulit Titũ & Domitianũ & domicillam: uxori ac filiæ ſuperſtes fuit atq̨ adhuc

conſpirationes in illum ſumptæ ſunt & detectæ ante coniurationem nouiſſimam: qua fuit con trucidatus. Apud ampliſſimuʒ ordinem: ſenatorium. Honore cœnæ dignatus eſſet: ueſpaſiãus in ſenatu egit gratias principi: q̨d eius conuictor fuiſſet. hoc enim exiſtimabatur honorificum: ut alibi annotauimus: ex quo multi uocatores prĩcipis pecunia corrumpebant: ut prãdiis principalibus ueluti uocati infererentur. hinc illud Marcellini. nomenclatores aſſueti talia uenditare mercede accepta cœnis quoſdam & prãdiis inſerũt ſubditicios. ignobiles & obſcuros. Sabracẽi: exiſtimo legendum tabraceni: eſt enim tabraca oppidum ciuium romanorum in numidia africæ regione cuius Ptolemæus & Plinius meminerunt. de qua ait lu. Vmbriferos ubi pandit tabraca ſaltus. & ſilius tabraca tum tyrium uulgus: q̃uis in codicibus compluſculis pro trabaca inueniatur ſabraca. Delegatam olim: penſitatis diligenter tranquilli uerbis uideo hæc inter ſe oppoſita eſſe delegatam & ingenuam ſicut latinæ conditioni Ciuem Romanam oppoſuit. erit autem hic ſenſus ueſpaſianus duxit uxorem domicillam quæ olim exiſtimata eſt delegata & latinæ conditionis apud ſtatilium capellam equitem Romanum tabracenum mox aſſertore patre ingenua: & Ciuis Romana eſt iudicata: & ita delegatam iungens cum genitiuo ſtatilii capellæ quaſi mancipatam ancillamque: uel q̨ a ſtatilio ex Africa Romam delegata commiſſaq̨ fuiſſet fiduciariæ amici tutelæ. legimus apud Iulium capitoliũ a Marco Antonio fuiſſe iſtitutum: per prouincias uſum publicorum tabulariorum: ut ſi forte aliquis in prouĩcia natus cãm liberalem diceret: Teſtatores inde ferret. atq̨ hãc totam legem de aſſertionibus firmatam. Latinæ cõditionis: Pli. refert centuripinos & ſegeſtanos in Sicilia populos fuiſſe latinæ cõditionis: quæ ſignificatur prærogatiua qua in latio latini fruebantur. Recuperatorio iudicio: repete quæ ſcripta ſunt de recuperatoribus: qui iudices erant cã iuris recuperandi ſicut docet Cicero in oratione pro cecina: quã habuit ad recuperatores. Aſſerente: uindicante filiã liberali cã: unde & aſſertores dicti: de quibus ſupra. in negotiali parte querif ut ait Quintilianus. an liber ſit qui eſt in aſſertione. Ferentini: Plinius ferẽtinates collocat i latio. apud Liuiũ mentio eſt ferẽtini oppidi ſannitium. quo potitus eſt poſthumius. R. cõſul. cũ id oppidani ſilenter deſeruiſſent: fugaq̨ nocturna ex oppido exceſſiſſent. Oratius ferentinũ ire iubebo. Quæſtorio ſcriba: flauius liberalis domiciliæ pater nõ altioris dignitatis gradũ aſcẽdit: q̃ ut ſcriba q̃ſtoris eſſet. erãt aũt quæſtori ſcribæ q quæſtoribus ſeruiebãt. olim cato cũ eẽt quæſtor. ſcribas quæſtorios redegit in ordinẽ: ex q̨bus unũ inutilẽ negligentemq̨ accuſauit: priſci ſcribas ſcripturarios appellauerũt. at nũc ut inq̨t feſtus dñr ſcribæ librarii; q rõnes publicas ſcribũt i tabulis. græci γραμματέας uocãt: qua dictione uſus eſt Apuleius cũ ait in. xi. tum ex his unus. quẽ cuncti grammatea dicebant. M. ANTO. Sextoq̨ loco: ex quo apparet q̨nquies tuliſſe repulſam. Primus prætor: poſt præturã acceptam. Caium: caligulam. Nequo non: ideſt oĩ. Coniuratorũ: eorũ qui in eũm coniuraſſent. Se honore cœnæ: ſe cœnæ adhibuiſſet. Sabracẽſis: ſabratha ut Ptolemæus ait oppidum inter duas ſyrtis: Plinius iuxta minorem eſſe affirmat uterq̨ auctor ſabratham hẽt: quare ſabrathenſis. Delegatam: durus ordo: ſenſus durior ſed tu ſic legito: duxit Veſpaſianus flauiam domiciliam uxorem ſtatilii capellæ equitis ſabratheni delegatam ſubintellige aut olim coniugem Vergili. Hectoris andromachæ pyrrin connubia ſeruas: Lucanus liceat tumulo ſcripſiſſe: Catonis Martia. Ex africa olim delegatam: hoc quoque in dubium uenit illius teſtamento cõmiſſam accipias ac cuiuſq̃ fidei demandatam: Cicero poſt delegatam mihi hanc prouinciam: an delegatam ſtatilii equitis nomine apud quendam aſſeruatam: cui ſententiæ ob ea quæ ſequuntur libentius accedo: eſt enim ut uulpianus interpretatur delegare uice ſua alium reum dare creditori uel cui creditor iuſſerit: quod per ſtipulationem fit: aut litis conteſtationem: ut ſit ſenſus cum domiciliæ pater grandem ſtatilio deberet pecuniam filiam creditori addixerit: ſicq̨ delegatam & non uxorem ſtatilii accipies ut ſtatilius ex Africa mandarit puellam ſibi crediti nomine a patre addictam: apud hoſpitem: ſiue neceſſarium Romæ uel in lario aſſeruari hunc nos ex obſcura & perplexa lectione ſenſum elicimus: uerum alii uiderint ſi quid aptius dici poſſit: iuuentq̨ hanc operam noſtram ita ut proſint non ut carpant. Latinæ cõditionis: pronunciatam utpote ferentinati patre genitam: ferentinum enim ut non multo ante diximus in latio eſt. Ingenuam: libero loco natã. Et ciuem: romanã: iam. n. omne nomẽ latinũ fuerat uno tẽpore in romanã ciuitatẽ aſcitũ. Recuperatorio iudicio: ut flauio liberali patri filiã creditoris noĩe apud

ueſci cũ pri cipe honorificum

Trabacã

Ferentinũ

Scribæ q̃ ſtorii

Scripturarii

Grámateus

alium delegatam recuperare liceret pro sua quoquo modo recipere. Ferentino genito: ferentini & non ferenti est legendum est id latii opidum bisq; iam supra demonstratum. Nec quicq̃ amplius: nullam maiorem dignitatem adepto. Vxori & filiæ. duabus Domicillis superstes: uespasianus.

utranque priuatus amisit. Post uxoris excessum Cenidem Antoniæ libertam adamauit & a manu dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium habuitque etiam imperator pœne iustæ uxoris loco.

PHI. Vtranq;: anteq̃ ad principatum peruenisset amisit uxorem & filiam. Excessum: obitum. Cenidem: nomen est puellæ q̃ liberta fuerat Antoniæ illius: ut opinor: q̇ nupsit druso germanico quam nunq̃ spuisse scriptores annotauerunt. A manu: amanuensem. nam sicut uiris erant ministri: qui a manu dicebantur ita fœminis erant libertæ ancillæq; quæ & ipse a manu dicebantur scribendis: scilicet rationibus & epistolis accommodatæ sed super hac dictione in superioribus satis multa. Marcellinus ancillam a mãu signasse uidetur: cum ait in. xviii. quibus litteris occulte quantum fieri potuit missis ancilla: quæ domina dictante perscripserat exemplum ferens cartulam prodidit. Reuocauit in contubernium: ut in eodem contubernio secũ degeret: unde contubernalitas & cõtubernales dicti: de quibus ante memoraui. Pœne: quasi. Iustæ: legitimæ.

antoniam

nunq̃ spuisse

ancillæ a manu

De expeditione germanica & iudaica & aliis gestis p eũ.



Claudio pricipe Narcisi gr̃a legatus legiõis in germaniã missus est. Inde in britãniam translatus tricies cũ hoste conflixit duas ualidissimas gentes superq; uiginti oppida & insulam uectem britãniæ proximã in deditionẽ redegit: parti aulii palatini cõsularis legati: partim Claudii ipsius ductu. Quare triũphalia ornamẽta & in spacio breui duplex sacerdotiũ accepit. Præterea cõsulatũ quẽ gessit p duos nouissimos anni mẽses mediũ tẽpus ad p cõsulatũ usq; in ocio secessuq; egit. Agrippinã timẽs potentẽ adhuc apud filiũ & defũcti quoq; narcisi amicos posam.

Narcisi gratia: hunc libertum potẽtissimũ fuisse apud Claudium uulgo notum est. Tricies: Eutropius dicit tricies & bis cum hoste in britannia conflixisse uespasianum. egesippus in tertio uespasianus inquit Britanniam Romano imperio armis acquisiuerat: cuius triumphatæ opibus romā dictior: Claudius consultior æstimabatur. Insulam uectem: Eutropius: insulam uectem Britanniæ proximam Romano imperio adiecit; Plinius in quarto uectem insulam collocat inter hiberniam & Britanniam. Valerius Flaccus in primo argonauticorum. hac uespasiani uictoriam aduersus Britannos extollit hoc præconio. Tuq; o pelagi cui maior aperti fama: Caledonius postquam tua carbasa uexit Oceanus: phrygios prius indignatus iulos. a filio quoque in tertio punicorum in Vespasiani laudem dictum. hinc pater ignotam donauit uincere thylem inque Caledonios prius trahet agmine locos. Partim Auli Plautii ductu: uespasianus res præclaras gessit in bello Britannico non suis sed alienis auspiciis: cum plauciuro modo: modo Claudium duces sectaretur: eorumque ductu belligeraret. fuit autem. A. Plautius uir nobilis qui in expeditione Britannica multa egregie fecit triumphauitque. eumque triumphantem Claudius Imperator prosequutus est. & capitolium conscendenti a sinistra parte incessit. Ductu: auspiciis imperatoriis Claudii quem expeditionem britannicam sumpsisse supra memorauimus: in qua orcades etiam insulas ultra britanniam in Oceano positas romano adiecit imperio. refert Iosephus uespasiani uirtute factum esse: ut Claudius de Britannia sine proprio sudore triumpharet. Nouissimos menses: nouembrem & decembrem. Apud filium: Neronem.

uectẽ insula

plautius triumphat de britannis

orcades

Narcisi amicos perosam: Agrippinam impulit Neronem: ut Narcisus: qui aduersus ipsam iurgiis non pepercerat ad mortem ageretur. nec solum infensa Narciso. sed illius quoque amicos odio insectabatur: ut ob hoc eam non parum formidaret uespasianus: utpote narcisi amicus.

M. ANTO. Priuatus: nondum imperator. Antoniæ libertam: cuius antoniæ non dicit: duæ enim fuere Marco antonio & Octauia antoniæ genitæ: quarum maior Domitio ænobarbo nupsit: altera minor natu Druso liuiæ filio: quæ fuit Germanici & Claudii principis mater: Caligulæ auia paterna: eiusque principatu diem obiit fuit ab his & alia tertia Antonia Claudii principis filia quæ primo. Cn. Pompeio mox fausto syllæ nupsit. A manu: de libertis seruisque a manu & a pedibus affatim supra: sed si aliquis querat an & libertæ a manu dicerentur quidni præsertim quæ id minus præstitisset huic quæ esset sui sexus qui-

dam adamauit legunt::sed ineptæ. In contubernium:ut secum domi haberet. Narcisi:Claudii principis liberti. Tricies.M.Marcellus ut Plinius scribit unde quadragies pugnauit collatis signis: Cæsar dictatot quinquagies. Insulam uectem:Ptolemæus sub magno portu est iquit insula nomie uectis. Claudii ipsius.nam Claudius in britanniam ut suo est loco demonstratum:traiecit. Medium tempus:a consulatu:scilicet ad proconsultatum. Narcisi:coluit uespasianus Narcisum:quo annitente fuerat in germaniam missus. Perosam:odio habentem.

Exinde sortitus africā integerrime nec sine magna dignatione administrauit nisi quod Adrumeti seditione quadā rapa in eū iacta sunt. Rediit certe nihilo opulentior: ut qui ꝓpe labefacta iā fide omia ꝑdia fratri obligaret: necessarioq; ad mangonicos q̄stus sustinēdę dignitatis causa descēderit: ꝓpter qđ uulgo mulio uocabatur. Cōuictus quoq; dicit̄ ducenta sestertia expressisse inuēi: qui latū clauū aduersus patris uolūtatē īpetrarar: eoq; nomine grauiter increpitus. Peregrinatiōe achaia inter comites. Neronis: quū cantāte eo aut discederet sæpius: aur ꝑsens obdormisceret: grauissimā contraxit offensam: ꝓhibitusq; non contubernio modo. sed etiam publica salutatione secessit in paruā ac deuiā ciuitatē qđ latēti etiāq; extrema metuēti ꝓuīcia cū exercitu oblata ē. Percrebuerat oriēte toto uetus & cōstans opinio eē in fatis

PHI. Africam administrauit: filius huiusce africanæ administrationis sic meminit: compescet ripis rhenum: reget impiger aphros: refert tamen Tacitus uespasianum egisse in africa proconsulatum famosum. inuisumque. Adrumeti: ciuitas est africæ prope leptim: & ruspinam.

Rapa
Rapacia
Rapina

Rapa: dicimus rapas fe. & rapa neutro genere. rapacia quoque dicta sunt Columella rapinas uocat culturas raporum. rapa. xl. libras excedentia uidisse se Plinius prodidit. palma est rapis in nursino agro nascentibus: unde & a Martiale dictum est. Nursinas poteris parcius esse pilas. in templo apollinis delphici raptū e plumbo dicatū olim fuit.

Raptū e plūbo dicatū
aristides iustus
Fides sublestior.
Questus mãgonici
Mãgõixãt corpora

Nihilo opulentior: specimen est abstinētis magistratus amplissimum quādo ex prouincia nō reuertitur ditior & opulentior. qua laude imprimis censetur aristides: qui a græcis δίκαιος: idest iustus cognominatur: qui tanto pauperior rediit ex prouincia: quantum ad iter ipsum errogauerat. Labefacta fide: facta fluxiore. prisci fidem labefactam infirmamq; & debilem dixere sublestam. sicut & a Plauto dictum est fides fit sublestior. Omnia prædia: tam urbana q̄ rustica. Fratri: sabino. Ad mangonicos quæstus: sordidum & turpe genus lucri exercuisse uespasianum significat: qui ære alieno pressus prædia fratri sabino subligauit: & ipse questus: quos mangones facere solent sectari cœpit. dicūtur autem questus mangonici lucra: quæ ex māgonum arte proueniūt. māgones autem nō solum exercuisse negociationem seruorum uēalium. sed alia quoq; excoluisse ut pluris uēderent indicant eruditi: maximeq; Plinius & Seneca. de mangonibus apud dictum est affatim. Mulio: tanq̄ mullos māgonizatos interpellatosq; arte māgonica uēditaret. māgones enim māgonizant corpora: ut ita pluris ueneant. alias mulio significat mulorum agasonem. Conuictus: conuicti dicuntur in iudicio: qui crimen obiectum fassi sunt. Expressisse: extorsisse atq; egesisse. Qui: lege cui ut sit sensus uespasianū egesisse ducenta sextertia ab eo iuuene: cui impetrauerat apud principem ius gestandi uestem senatoriam. quamuis pater illius iuuenis refragaretur: nolletq; hanc dignitatem a filio obtineri. Increpitus: castigatus obiurgatusq;.

Nomē debitum

Eo nomine: sensus est. uespasianus castigatus reprehensusque est ob id debitum ducentorum sextertiorum. quo sibi iuuenem illum obligauerat: qui erat adhuc in patris potestate. tanq̄ fecerit uespasianus id quod carpit Oratius. Nomina sectatur modo sumpta ueste uirili. sub patribus duris tyronum & ita nomine expones debito. uel simpliciter eo nomine ea causa de extortis pecuniis. Peregrinatiōe achaica. qua nero achaiam peragrauit. Obdormisceret: memorat Tacitus uespasianum increpitum fuisse a phebo liberto. egreq; meliorum præcibus perniciem effugisse: quod somno conniueret in spectaculis Nerone cantante: qui aduersum illustres parum intentos eius musicis certaminibus dissimulabat ad præsens odium: quod mox in tempore repetebat. Contubernio: neroniano. Publica salutatione: communi: scilicet & generali: a qua uix ullus excludi solet.

Deuia

Deuiam: a uia militari remotam. Quoad: donec. Extrema: extremum excidium & mortem. Prouincia: iudæa. Cum exercitu oblata: Cor. Tacitus. bellum iudaicum flauius uespasianus: ducem eum nero delegerat: tribus legionibus administrabat.

M. ANTO. Dignatione: existimatione. auctoritate. Adrumeti: adrumetum oppidum africæ inter tapsum & aphrodisium. Labefacta: corrupta. Fratri sabino: ne creditoribus addicerentur. Mangonicos: & equorum uenalium & mancipiorum mangones dicuntur: & ob id fortasse mulio dictus: q̄q̄ mulio is sit qui mulos rhedæ iunctos solutosue agit. Conuictus quoq; dicitur. i. phama & criminis conuictum: quod. cc. sestertia fraude expressisset: Latum clauum: usum laticlaui gestandi. Patris: eius. s. iuuenis: cui latum clauum impetrarat. Increpitus: uespasianus. Peregrinatione achaica: quū Neronem in achaiam comitaretur. Eo: Nerone. Obdormisceret: inciperet dormire: quasi Neronis uocem minus atten-

deret. Offensam:ignominiam. Publica salutatione:ne cum reliquis quidem ad salutationis officium admitteretur. Extrema:ultima & quasi capitalia. Prouincia:syria iudæa:

ut eo tpe iudęa profecti rerū potirent̃:id de iperatore Rõano q̃tū euentu postea p̃dictū patuit: iudæi ad se trahētes rebellarũt.cæsoq̃ pręposito legatũ insup syrię cõsularem suppetias ferẽtem rapta aquila fugauerũt. Ad hũc motũ cõprimẽdũ cũ exercitu ampliore:& strẽuo duce cui tamẽ tuto tãta res cõmitteret̃:opus eẽt:ipse potissimũ delectus est:& ut industriæ expte nec metuẽdus ullo mõ ob humilitatẽ generis ac nominis. Additis igit̃ ad copias duabꝰ legiõibus.viii. alis cohortibus decẽ atq̃ inter legatos maiore filio assũpto: ut primũ ꝓuīciā attigit: ꝓximas quoq̃ ciuitates cõuertit ī se

PHI. Vt iudæa ꝓfecti rerū potirent̃:Cor.Ta. pluribus ꝑsuasio fuerat antiq̃s sacerdotũ litteris contineri eo ipso tpe fore ut ualesceret oriens.ꝓfectiq̃ iudæa rerũ potirent̃:quæ ambages uespasianũ ac Titũ p̃dixerant. sed u ulgus more humãæ cupidinis sibi tantã fatorũ altitudinẽ interp̃tati ne aduersis q̃dẽ ad uera mutabant̃.orosius ĩ hãc sñiam.iudæi ĩ carmelũ montẽ seducti sortibus q̃ portenderent exortos a iudæa duces rerũ potituros esse bellum ad se trahentes in rebellionẽ exarserũt:extinctisq̃ romanis præsidiis legatũ quoq̃ syriæ suppetias ferentem rapta aq̃la & cęsis copiis fugauerũt.egesippus quoq̃ libro quinto qđ memoratu dignum est refert:in sacris litteris impssum fuisse:qđ futurus esset uir:qui de regione iudæorũ imperiũ assumeret in orbe terrarũ : quæ res eos in tanto furore posuit:ut sibi nõ solũ libertatem sed etiam regnũ pollicerent̃:id alii ad uespasianum referendũ putarũt:qui ex iudæa profectus romam uenit ad imperiũ ingens capescendum. sed prudentiores:ut inq̃t idem egesippus ad Iesum referendum esse constanter crediderunt.q in iudæorum terris secundum carnem genitus ex maria regnũ suũ per uniuersa terrarũ spacia diffudit. De imperatore Romano:uespasiano.Iudæi ad se trahentes.pro se interpretabantur iudæi ambages fatorũ:tanq̃ unus ipsorũ iudæorũ esset futurus rerũ dominus. Rebellarũt:Iosephus libro.xx.antiq̃tatũ & in secundi belli iudaici tradit florũ fuisse causam & fomitem belli iudaici:qui a Nerone missus procurator in iudæam.auaritia immanitate inflamauit bellũ.impulit iudæos contra romanos arma capescentes.initiũ aũt belli iudaici cœpit secũdo anno administrationis flori.xii.Neronis imperii. Cæso præposito:sabinũ significat.potest & hoc referri ad præpositũ illius præsidii:quod erat in castello maseda.in quod irruẽtes iudæi romanos omnes ipsũq̃ præpositũ interfecere.præterea tradit Iosephus mutiliũ præfectũ Romanorũ per pactionem dedisse se iudæis: q fide polluta Romanos omnes interfecere.dicit̃ tamẽ præfectus ipse mutilius fuisse seruatus incolumis : dũ se iudaizare promittit usq̃ ad circũcisionem. Legatũ syriæ:gallũ significat:q dũ uult comprimere orientem tumultũ uariis prælus:ac sæpius aduersis exceptus est:q ubi fato aut tedio occidit missus mox fuit a Nerone Vespasianus.Tacitus auctor. Suppetias:auxiliũ subsidiũq̃.crebra locutio est. ut per accusatiuũ enunciemus ferre suppetias:q̃uis Plautus dixerit suppetiæ in nominatiuo cũ ait in epidico. Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.oppius siue hircius:icertus ẽ auctor:ĩ cõmẽtario belli africi.usurpat hãc elocutionẽ ut dicat occurrere suppetias & ire suppetias:& suppetias profectus est.pro ferre suppetias uẽire suppetiatũ.hoc enim quoq̃ in usu est pro eo quod est auxiliatũ.est enim uerbũ suppetiari quod significat auxiliari atq̃ succurrere.Apuleius in.viii.at uobis facile est suppetiari miserimo seni.Idem ĩ primo de asino aureo.proclamares saltem suppetiatũ:quamuis uideri possit dictum suppetiatũ.ueluti inclinetur hic suppetiatus ut arbitratus: ut allegatus.ut sacrificatus:quæ nomina sunt quarti ordinis.idem ait salutares mihi suppetias rursus extinguerem. idem suppetiatũ decurrũt anxii.Idem maritũ suũ suppetiatũ ciet pro eo qđ est ĩclamat ad auxiliandũ subueniendũq̃. Ipse potissimũ delectus:scribit Iosephus in tertio belli iudaici:Neronem: cuius anxius foret: & deliberabundus:cui nam commotum crederet orientem:quiq̃ una iudæos rebellantes ulcisceret̃.inuenisse Vespasianũ solũ his necessitatibus parem:& qui tanti belli magnitudinem suscipere posset: uirum ab adolescentia usq̃ ad senectutem bellis exercitatũ.itaq̃ Nero cernens ætatem Vespasiani cũ peritia stabilez obsidesq̃ fidei liberos:eorumq̃ florem imagines esse paterne prudentiæ: mittit eum ad regendos exercitus in syriam constitutos:multis pro tempore blandimentis:atq̃ obsequiis armatũ:qualia necessitas imperare consueuit. Ob humilitatem generis:ob ignobilitatem natulium.Dixit Eutropius Vespasianum obscure quidem natum esse:sed optimis uiris comparandum. Octo alis:aliæ sunt equitũ ordines:unde alarii & alares:de quibus ante dictum est.Iosephus in tertio belli iudaici enumerans uespasiani copias ait cohortes Cæsareas decem & octo accessisse legionibus:cum q̃bus una quæq̃ ala eq̃tum erat: & alæ quinq̃ syrorũ:itidem eq̃tum:decem autem cohortiũ singulæ mille pedites habebant.Præterea Antiochus & Agrippa & soemus reges bina millia peditũ:& sagittarios mille præbuere.malicus quoq̃ arabie rex. præter q̃nq̃ milia peditũ equites mille misit. Maiore filio assumpto:Titũ significat.Iosephus ait uespasianum ex achaia ubi cum Nerone fuerat Titũ filiũ direxisse Alexandriam:ut inde quintam & decimam legiones moneret.ipse uero terrestri itinere in syriam peruenit:ibiq̃ romanas uires congregauit. Inter legatos:legati imperatoris significant̃:quibus legiones & auxilia uniuersa optemperabant. Prouinciam:iudæam.

ex iudæa ꝓfectos rerũ potituros

Ad Christũ referendũ uideri

Florus cã belli iudaici

suppetiæ

Suppetiari

Suppetiatũ

M.ANTO. Iudæa profecti: idest qui e iudæa essent digressi: quod in Vespasiano & Tito filio euenit. Ad se trahentes: ad se pertineri rati. Præposito: sabino. Legatum: Varrum ut Iosephus scribit. Ad copias: quæ in syria erant. Octo alis: alæ propriæ equitum dicuntur. Ver. & uirginis ala Camillæ. Maiore filio: Tito. Proximas: prouincias.

correcta statim castrorum disciplina: uno quoq̃ & altero p̃lio tam constanter inito: ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu scuto sagittas aliquot exceperit.

De prodigiis & signis præcedẽtibus imperiũ Vespasiani.

POst nerone᷑ galbãq; Othone atq; Vitelio de principatu certãtibus in spe᷑ impii uenit: iã pride᷑ sibi per hoc ostẽta conceptam. In suburbão flauiorũ quercus antiq̃ q̃ erat marti sacrata per tres Vespasiæ ptus: singulos repẽte ramos a frutice dedit: haud dubia signa futuri cuiusq; fati primũ exilem & cito arefactum ideoq; puella nata non perannauit: secundum præualidũ ac prolixum: & q magnam fœlicitatem portẽderet: tertiũ uero instar arboris. Quare patrẽ Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatũ renũciasse matri nepotẽ ei Cæsarem genitũ: nec illa qcq̃ aliud q̃ cachinasse mirantem quod adhuc se mentis cõpote

PHI. Correcta castrorum disciplina: laudãt impatores romani: qui correcta disciplia castrẽsi uictoriã ex hostibus profligatis adepti sũt: sicut scipio æmiliãus: q exercitus romanos regula disciplinæ militaris custodita ita diligẽter exercuit: ut q prius uicti fuerãt uictores existerẽt. Metellus quoq; i africa exercitũ licẽtia corruptũ & lasciuia maculosũ recepit: quẽ ita emẽdauit ueteribꝰ istitutꝫ & disciplia maioꝝ: ut postea eos superarẽt a qbus sub iugũ missi fuerãt. Quinetiam marius reliqas legionũ: quas in galliis cimbri pœne deleuerãt cũ suscepisset: ita erudiuit scientia & arte pugnandi: ut innumerabilẽ multitudinem non solum cimbrorum sed etiam theutonoruꝫ publico marte deleret. Igitur Vespasianus ex more romanorum imperatorum cum castrẽsem disciplinam emendasset uictor euasit. Ioseph. laudat Vespasianum quod milites ordinauerit ordinibus ex Romana cõsuetudine usurpatis. Lapidis ictum genu exceperit: Iosephus refert Vespasianum in oppugnatione iotapatæ: non ictu lapidis sed sagittæ fuisse in planta uulneratum: quæ res maximam perturbationem Romanis fecit: his enim qui prope aderant uiso sanguine perterritis per omnem fama uulnerati ducis cucurrit exercitum. aderat & titus formidine perculsus paternæ saluti metuẽs. Vespasianus tamẽ & timore filiũ & perturbatione liberauit exercitũ. superato. n. dolore uulneris: & oĩbus q sui causa ptimuerãt cõspici studens bellũ in iudæos seuius icitauit Egesippus quoq; libro. iii. ait uespasianũ in talo uulneratũ iaculo sagittæ. Ostenta: ostẽtũ tã in bonã q̃ in malã partẽ dicitur. hic accipitur in bonam. apud Pliniũ itidem pro omine fausto usurpatur scribentem in. xvi. factũ esse popu. Romani quiritibus ostentũ arboris: a quo deide tempore maiestas popu. Roma. resurrexit. quia ostendũt ut interpretatur Cicero ostenta dicunt sicut portẽta quia portendũt: interdũ participaliter ostentũ dici solitũ esse nõ dubiũ facit pacuuius: cũ ait in ipso tempore ostentũ senem pro demonstratũ. & a Catone ager dicitur ostentus soli bonus esse oleto conserundo. In suburbano flauiorũ: in prædio flauiæ gentis. Marti sacrata: hoc peculiariter intelligendũ est: quod quærcus illa marti sacrata foret. cũ generaliter quærcus & esculus sint ioui dicatæ. sicut apollini laurus: mineruæ olea: ueneri myrthus: herculi populus. Per tres uespasiæ partus: uespasia polla peperit sabinum: Vespasianũ: & puellulam. Singulos: ramos pro ut uespasia pariebat ita quærcus ramum producebat. A frutice: modo a stirpe: alias arbuscula: namq; ut docet columella libro quarto: frutex minor est arbore: dicit enim ex surculo arborem procedere: ut oleam. uel fruticem ut palmam siluestrem: uel tertium quiddam: quod nec arborem nec fruticem proprie dixeris ut est uitis. a frutice frutico uerbum deriuatur: ut ait Priscianus in. viii. unde Iuuenalis. sed fruticante pilo neglecta & squalida crura. inde fruteta loca fruticibus plena dicuntur. fit etiam a frutice uerbum fruticesco: quo utitur Plinius. Futuri cuiusq; fati: quod esset futurum fatum & sors unius cuiusq; ex uespasianæ fœtibus. Primũ exilem: scilicet ramum dedit. Non perannauit: non peregit uixitq; integrum annum tempus annare uerbum est uetus: unde compositum perannare: quod proprie significat uiuere per totum annum. Macrobius in primo saturnalium memorat priscos romanos mẽse martio & publice & priuatim ad annam perennam sacrificatum ire solitos: ut annare perãnareque commode liceret hoc est uitam degere incolumen per annũ integrũ: perẽnare uero quod per litteram. e. profertur est diu durare & uiuere. columella in tertio. Rosa hoc modo culta multis annis perennat. Secũdum: scilicet ramũ dedit. Protenderet: præsagaret. portendebat autem sabinũ Vespasiani fratrem domi militiæq; clarum futurũ: qui ad præfecturam urbis usq; processit. Tertium: ramum. Instar arboris: ad arboream amplitudinem: & hoc portendebat Vespasiano imperatorium fastigium. Aruspicio insuper confirmatum: sabinus Vespasiani pater detulit ad aruspices ostenta: quæ ex quærcu domestica obseruauerat: q p extorum inspectionem confirmauerunt illum in ea opinione: ut crederet filium id temporis natum futurum principem. Matri: Vespasiani pater matri suæ: quæ erat Vespasiani auia: renunciauit nepotem sibi

Exactores disciplinæ militaris

Ictus uespasianus

Ostentum
Ostentus

diis dicatæ

arbores
Frutex
Frutico
Fruteta
Fruticesco

Annare
Perãnare
anna perẽna
Perẽnare

ſcilicet Veſpaſianum genitum eſſe Cæſarem. qui ſcilicet eſſet futurus Cæſar & imperator. Quam cachinaſſe:riſu ſoluto & cachīnabili defluxiſſe.

M.AN. Lapidis ictū:lapidē ſupnæ emiſſum genu excepit. In ſubur.ꝑdio ī ſuburbāis locis. Veſpaſie: mřis. Frutice:frutex neq; arbor:neq; herba e:neq;.n.ad iuſtā arboris magnitudinē aſſurgit:& ſtatura ſimilis eſt multis herbis:a frutice fructetū ē:& fructicetū. Puella nata:domicilla. Nō pannauit:nō anū iuxta. Inſtar:ad arboris æquationem. Sabinus: Veſpaſiani frater. Nepotē: Veſpaſiani filiū:qui illi nepos erat: ſed utrius ortu titi:an Domitiani id ꝑſagīre cōtigerit:non dicit certæ duorū coaleſcentiū ramoꝝ ī utroq; facere oſtentū. Cachinnaſſe:ſolute & incōpoſite riſiſſe. Se mentis compore.i.q̄q̄ anu: tamen non delira.

deliraret iam filius ſuus. Mox cū ędilem eū. C. Cæſar ſuccēſens propter curā uerēdis uiis non adhibitā luto iuſſiſſet oppleri congeſto per milites in prætextæ ſinū non defuerunt qui intepretaretur quandoq; percōculcatā deſertāq; rēpu. ciuili aliqua perturbatione: ut tutelā eius ac uelut gremiū deuenturam. Prandēte eo quōdam canis extrarius triclinio manū humanā intulit mēſæq; ſubiecit. Cœnāte rurſus bos arator decuſſo iugo tricliniū irrupit: ac fugatis miniſtris q̄ſi repente defeſſus procidit ad ipſos accubentis pedes ceruicē que ſumiſit. Arbor uero cupſſus in agro auito ſine ulla uitēpeſtatis euulſa radicitus atq; poſtrata in ſequēti die uiridior ac firmior reſurrexit. At in achaica ſomniauit initiū ſibi ſuiſq; fœlicitatis futurum ſimulac dens Neroni exemptu eſſet. Eueniťq; ut ſequenti die progreſſus in atriū medicus dētem ei oſtenderet recenter quidem exemptum. Apud iudęā

PHI. Deliraret iā filius ſuus: cachīnauit uetula fœmina.mř ſabini patris ueſpaſiāi: ubi audiuit filiū talia referētē credentēq;:q nato ueſpaſiano foret gēitus Cæſar:& is:q Romæ imperaret.unde mirata ē:q filius nondū ſeneſcēs more ſenum deliraret: cū ipſa q iam ſenio erat cōfecta minime delitio ſenili foret obnoxia: eſt.n.ſenū ut ait Cicero leuiū q̄dam ſenilis ſtulticia q delíratio appellari ſolet. Plinius noſter in.xvii.tradit letare dici a ruſticis ī iterratione occatiōis q̄ndo operiūt.ſemina:unde primū appellata deliratio ē. Edilem:ueſpaſianū. Caius cæſar Caligulā ſignificat. Succēſens:iraſcēs:ſuccenſere eſt iraſci ex cā:auctor donatus. Verrendis uiis: hoc quoq; ediliū erat officiū:ut uias deuerri purgariq; facerēt.unde cū ueſpaſiāus edilis uias uerrēdas mūdandaſq; per ignauiā paꝝ diligēter curaſſet, luto & cœnu iuſſu Caligulæ oppletus eſt a militibus.ueteres deā quādā uenerabāť noīe deuerrā:a deuerrēdo nūcupatā.auctor Auguſtius in.vi.q ſcopis uerrit domū:cuiuſq; miniſteriū eſt ī uerrēdis pauimētis:is elegāter nūcupať ſcoparius.ait ulpiāus titulo de fundo īſtructo:ſi uilla cultior:ſit accedere inſtrumēto fundi atrienſes & ſcoparios:ſicut ſi uiridia ſint accedūt topiarii.de q̄bus iā dictū eſt. Cōgeſto:coaceruato. In ꝑtextæ ſinū:prætextā ſignificat:q̄ indutus erat ueſpaſianus utpote edilis.ſupra.n.memorauimus prætextā ꝓprie eſſe magiſtratuū. Cōculcatā:lutū cōgeſtū in ꝑtextā ueſpaſiani ſignificabat rempublicā cœnoſam conculcatā deuēturā in gremiū ueſpaſiāi.cuius ꝑtextæ ſinus lutū excepat. Extrarius:grāmatici extrariū ab extrāeo ita diſtiguūt:extrarius ē:q extra foꝝ ſacramētū iuſq; ſit:extraneus ex altera terra quaſi exterarreus:& ita nūc Tranq̄llus canē ſciēter extrariū uocat:q erat extra focū ueſpaſiani:neq; inter domeſticos canes domi alebať.noli autē extrariū accipere.pro extraneo:tāquam nō urbicū:& ex altera terra.Cōſimiliter Apuleius:inq̄t in ſecūda apologia.ꝑterea minabať ſi extrario nupſiſſet: nihil ſe filiis ex paternis eorū bonis teſtamēto relictuꝝ.ubi extrarius haud dubie accipiť pro eo q nō ſit domeſticus & ex eadē familia. Mēſæ ſubiecit: ſignificat hoc oſtentum quod humana potentia & exterre gentes erant futuræ ſubiectæ ueſpaſiano.

Cœnāte.ſ.ueſpaſiano. Decuſſo iugo:deiecto. Procidit:procubuit. Accūbētis:epulātis ueſpaſiani:nāq; priſci accubare ſolebāt nō ſedere:ut alio loco memorauimus. Submiſit:& hoc portēdebat:quod animantes erant ſubiture iugū ueſpaſiani:& omnē ſuperbiam ſummiſſuræ:quæ per ceruicem ſignificatur. Arbor cupreſſus:inter omnia imperii quæ ueſpaſiano facta ſunt referť hoc a Cor. Tacito ſic ſcribēte.cupreſſus arbor in agris eius cōſpicua altitudine repente prociderat.ac poſtera die eodem ueſtigio reſurgens procera & latior uirebat.grande id proſperūq; aſſenſu aruſpicū:& ſumma claritudo iuueni admodū ueſpaſiano promiſſa. Auito:ab auo auitum deriuatur. Liuius interuenit deide his cogitationibus auitū malū regni cupido. Ab apuleio hæreditas auita nominať:quæ fuerat aui priuignoꝝ. Radicitus:ſtirpitus ab radice aduerbium eſt. Viridior reſurrexit:ſcribit Plinius in.xvi.in capite de prodigioſis arboribus multas arbores ſine tēpeſtate ulla ue cauſa alia q̄ ꝓdigii cecidiſſe ac ſua ſpōte reſurrexiſſe: quæ fuerūt fauſti ominis & oſtēti.ē aūt cupreſſus arbor natu moroſa.folio amara.odore uiolēta:diti ſacra.& ideo funebri ſigno ad domos poſita.ex quo ſunt illa.& nō plebeios luctus teſtata cupſſus:& ceruleis meſtæ uittis atraq; cupreſſo. In achia: ubi fuerat cū Nerone:ibiq; delectus fuit iudeæ rector. Simulac:cū primū.poſtq̄. Exemptum:Neroni. Recenter:alii recens dicunt alii recenter: eſt etiam uetus uerbum recentare. matius uir doctiſſimus uerbum finxit elegans recentatur pro eo quod eſt denuo naſcitur atque iterum fit recens:ſic enim ait.iamiam

Deliriū ſenile

Deliratio

Letare.

ſuccēſere

Cœno oppletus

Dea deuerra

Scoparius.

Extrarius

Extraneus

Cupſſus reſurrexit

Auitum

Cupſſus diti ſacra

Recentari

albicassit phoebus & recentatur commune lumẽ hominibus & uoluptas.

M.AN. Filius sabinus: dubiũ sabinũ ne Vespasiani pr̃em:an fratrẽ eiusdẽ nois:q usq; ad urbis p̃fectu rã ꝓcessit itelligat.cæterũ quæ fuerit flauii patronii uxor uespasiani auia:quod item puellæ.q̇ itra annũ pe riit nomen non repio. Filius suus:sabinus. Eum:uespasianum. C.Cæsar:Caligula. Succẽsens:irascens. Verẽdis:purgãdis. Oppleri respergi:cooperiri:foedari. Cõgesto:luto. Prætextæ sinũ:ab initio magi stratuum fuit inde eius usus pueris a Prisco Tarqnio cõmunicatus:Cæsar q postea dictator fuit:quũ p̃tæ esset abiecta p̃texta clã domum abiit:sed de usu uestis Dionysius:Plut.& Macrobius oino plura. Procul catã:qđ per lutũ:quo nil est eonculcatius interpretati sunt. In gremium:id quoq; per p̃textæ sinum acce ptum. Canis extrarius:non domesticus:aut certe nõ urbicus ac per hoc euidẽtius ostentũ. Accũbentis: uespasiani. Auito agro:cossano.s.ubi cõstat eũ apud paternam auiã nutritũ. In achaia:quo fuerat Nero nem secutus. Argot cupssus:huius ostẽti Tacitus meminit. Dentem:Neroni intellige exemptum.

carmeli dei oraculũ cõsulentẽ ita cõfirmare sortes:ut quic quid cogitaret uolueretq; animo quãlibet magnũ id eẽ pro uẽturũ polliceref. Et unus ex nobilibus captiuis Iosephus quũ coniiceretur in uincula:constantissime asseuerauit fo re ab eodẽ breui solueretur:uerum iam imperatore. Nun ciabanf & ex urbe præsagia Neronem diebus ultimis moni tũ per quietem ut thensam Iouis optimi maximi e sacrario

PHI. Carmeli dei oraculum:

Carmelus mons

est inter iudæã syriãq; mons car melus cuius mentio fit libro ter tio regũ. Plinius in qnto carme lũ ait esse montẽ & in monte op

Deus carmelus

pidũ eode; noie.deus quoq; car melus uocabaf: cui nec simula chrũ nec templũ erat sed arã tm̃ & reuerentia.illic sacrificanti ue spasiano cum occultas spes uersa ret aĩo basilides sacerdos inspe ctis identidẽ extis:quicqd est inqt uespasiane qđ pars seu domũ extuere seu prolatare agros siue ampliare seruitia:datur tibi magna sedes:igentes termini:multũ hoium.hæc Tacitus. Cõsulentẽ:uespasianũ. Sor

Carmeli sortes

tes:in carmelo mõte a carmelo deo sortes datas esse testis est orosius:q ait sortes carmeli portendisse exor tos a iudæa rerũ potituros. Iosephus:hic nimirũ est ille Iosephus luculentus:iudaicæ historiæ scriptor:q a

Pulchra de Iosepho

Hierõymo græcus Liuius appellaf:q quãdo scribit Iosephũ siue Iosippum a iudæis fuisse ducem creatũ ad bellũ cõtra rõanos gerendũ:de semetipso haud dubie scribit:q in expugnatione iotapatæ demisit se in pu teũ:mox dedit se romanis recordatus somnia nocturna:quibus ei deus & futuras iudæorũ clades:& q ro manis essent futura pricipibus indicasset.ubi per nicanorẽ ad uespasianũ deductus ẽ.nemo fuit ductorũ q non eius uiri aspectu mitior factus sit.titum uero præter alios iosippi misericordia cœpit:plurimaq; salutis eius pars Titus extitit apud patrẽ.uespasianus q̃si missurus eum Cæsari præcepit ut cautissime custodiret. quo audito.iosippus aliqd ei soli ait se dicere uelle:summotisq; oibus aliis præter filiũ Titum ac duos ami

Eris iperator uespasiane

eos:uenio inqt ad te nuncius p̃missus a deo:tu & Cæsar eris & iperator atq; hic filius tuus:dominus qdem nõ mei solũ es tu Cæsar ue⁊ & terræ marisq; ae totius hoium generis nũc me colligato arctius: & ad ma iorẽ poenã custodito.si ĩ te ista confingo.uespasianus cognito q Ioseppus multa alia uera p̃dixerat: cœpit extiare credibilia eẽ q̃ de se quoq; dixisset:sed neq; custodiã iosippo nec uicula remittebat.uestimẽtis aliisq; muneribus eũ dõare:fouere nõ desinebat.ẽt Tito magnã eius operã cõmodante.postea uespasianus cũ im perator nũcupatus fuisset:recordatus iosippi dicta:qbus eum Nerõe uiuo appellauerat iperatorẽ:illũ solui

Iosephus soluitur

cõscripsit.Itẽ breue legit singulis quoq; noĩa cõtinebat. Calciabat se ipse:lõgẽ in hoc dissimilis erat a luxu & deliciis effœmiatoꝝ:q̃ adeo uitã & cõsuetudinẽ mẽbroꝝ humãoꝝ dedicerũt:ut semetipsos nec calciare sciãt nec uelint.i quos merito retorqueri põt illud ſpthãæ fœmiæ:q̃ cũ uidisset hospitẽ ministri manibus calciari nũq̃d o pater ĩquit hic mãus nõ habet. Amiciebat:uestiebat:unde amictus & amicimia & amicula dicta. Gestatiõi:gestatiões usum iter medicias ab hoie pẽdẽtes enumerat Plinius I asclepiades iter ea quæ quisq; sibi pstare remedia põt noiauit gestatiões.Sextus aurelius sic. Vigilare de nocte publicisq; actibꝰ absolutis caros admittere:dũ salutat calciamẽta sumẽs & regiũ uestiũ.post ãt negociis q̃cũq; aduẽissent audi tis exerceri:uectatiõe deĩde regescere:postremo ubi lauisset remissiore aĩo cõuiuiũ curabat:de gestatiõe sic scribit Seneca ĩ.ũ.epistolaꝝ:gestatio.& corpus cõcutit & studio nõ officit possis legere dictare:possis loqui possis audire:quoꝝ nihil nec ambulatio q̃dã uetat fieri. Pallaceaꝝ.παλλακῆμκαὶ παλλάκι δα græci uocãt:quã nos pellicẽ nũcupamus:quod latinũ uocabulũ cũ de græco flexũ sit ut ĩquit gellius:ieunti sunt scriptores nõ proletarii sed classici:q̃ dictiõe græca quã latia ĩ significatu cõcubiæ uti maluerit. Plinius in xxxv.de Alexãdro loquẽs sic ait.Nãq; cũ dilectũ sibi ex pallaceis suis pcipue noie campaspẽ nudam pingi ob admiratiõnẽ formæ ab appelle iussisse:eũq; cũ pari captũ amore sensisset:dono dedit eã.Itidẽ nũc trãq̃l lus pallacũ dixit pro pellicũ siue cõcubiarũ. Defunctæ cẽidis:ante dictũ est Vespasianũ post uxoris obitũ habuisse q̃si iustæ uxoris loco cœnida Antõiæ lĩbtã. Indulgẽtior:iclĩatior pnior facilior ad ĩdulgẽtias:ita enĩ uocãt imperatorias cõcessiões bẽignitatesq;. Ea momẽta captabãt:plurimũ refert quo quis tempore principem adeat & alloquat:quẽ si intempestiuiter accesserimus repulsam paciemur.Si uero tempestiuiter uoti cõpotes existemus. Vnde ait apud Maronẽ dido ad annã sororẽ.Sola uiri molles aditus & tpa noras. Item alibi.Et quæ mollissima fandi.tpa.ĩ hãc sñiam est illud luculẽte scriptã ab Ouidio.Nõ adiit apte non legit idonea credo tpa.scribit Sidõius apollinaris theodericũ gothorũ regẽ cũ ĩ alea uinceret fuisse indulgẽtissimũ.tũc enĩ ĩquit petitiõibus portus aperit:tũc ego aliq̃d obsecraturus fœliciter uincor. Comissimus:bẽignissimus.facillimus.suauissimus.Comes enĩ ut docet.M.tullius benigni faciles suaues homies eẽ dicũtur. Dicacitatis scurrilis:hæc ĩ oratore & uiro graui uituperat:tãtomagis ĩ pricipe uidet rephensibilis.unde Liuius de philippo macedonũ rege scribẽs.Erat ĩquit dicatior natura q̃ regẽ decet.& ne ĩter seria q̃dẽ risu satis tẽperãs:Cicero in.ii.de oratore. Vitãdũ ẽ oratori utrũq; ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.Itẽ sit in hoc scurrilis oratori dicacitas magnopere fugiẽda est.Quĩtilianus quoq; ĩ.vi.ait dicacitas etiã scurrulis & scẽica huic psonæ alienissima est:est aũt dicacitas a dicẽdo dicta pprie significãs sermonem cũ risu aliquos ĩcessentem.ideo demosthenẽ urbanũ fuisse dicũt:dicacẽ negãt græci βωμολόχους καὶ βωμολόχιας uocãt:quos nři scurras & scurrilitatẽ.suidas ĩ ethymologio plura de bomolochis tradit:scurræ aũt uocabulũ a seq̃ẽdo tractum est cũ id genus homines sequi sint soliti opulẽtiores.

Hic mãus non habet
amicimina
amicula
gestatio
pallace
pellex
pallacea
Indulgentiæ
Captanda tempora adeunti principem
mos theoderici
Comes
Scurrilitas reprehensibilis
Dicacitas
Bomolochus
Scurra unde

M.AN. Breuiariis:quid breuiariũ esset ex annei senecæ sñia supra ostendimus. Amiciebat.uestiebat. Obuenissent:ex breuiarii annotatione primo alterouc loco oblata essent. Pallacarum : concubinarum Cenidis:Antoniæ libertæ:quam post uxoris obitum legitimæ prope coniugis loco habuit. Facilior:tractabilior. Indulgẽtior:propẽsior ad ea cõcedenda quæ peterentur. Comissimus:maxime comis ualdeq; affabilis. Dicacitatis:sermonis cum risu incessentis:sic enim.Fabius dicacitatem interpretatur. Sic scurrilis:ita ad scurrilitatem accedentis.

De iocis post cœnã & q̃busdã facetis dictis ipiꝰ.

ET sup cœnã aũt & semp alias cũ amicis multa ioca transigebat.Erat.n.dicacitatis plurimæ:& sic scurrulis ac sordidæ.ut ne ptextatis quidem uerbis abstineret:& tamẽ nõnulla eius facetissima extent : quibus & hoc mestrium florum consularem admonitus ab eo plaustra potius quã plostra dicenda:die postero Flaurum salutauit.Expugnatus autem a quadã quasi amore sui deperiret: quum productæ pro concubitu sestertia quadraginta dõasset admonente dispensatore quemadmodum summam rationibus uellet referri Vespasiano inquit adamato.

PHI. Prætextatis uerbis:prætextatũ sermonẽ ueteres obscœnũ appellauerũt ab eo dictũ q̃d ptextatis nefas sit obscœno uerbo uti.alii dici putãt quod nubẽtibus depositis ptextis a multitudine pueroꝝ obscœna clamẽtur in excerptis festi põpei hæc sentẽtia legit mẽdosa:cũ ĩ codice legitimo ptextus sermo ita explicetur:sicut a nobis in præsentia explicatus est q̃ sensus ad amussim q̃drat cũ trãq̃llo:non enĩ ptextata uerba intelligi uoluit pudica: sed ecõtrario:obscœna & lasciuientia sicut & Macrobius cũ ait ĩ secũdo saturnaliũ.hæc nobis sit litterata lætitia & docta cauillatio uicẽ plãipedis & sabulõis impudica & prætextata uerba iaciẽtis.obiter emendãda est dictio mẽdosa ĩ codicibus Macrobii.Nãq; sabulonis uulgo legitur cũ legẽdũ sit subulonis: est aũt subulo linguam ethrusca tibicem.apud enniũ.subulo uicinas propter astabat aquas:in alio significatu dicuntur subulones cerui:q̃bus sunt cornua simplicia.minimeq; ramosa ad subularũ similitudinẽ:ut docet aristoteles in nono de animalibus:& hoc est quod intelligi uoluit plinius sic scribens in.xi.alius sim-

prætextus sermo
prætextata uerba
Correctus macrobii locus
Subulones qui

De uersibus græcis per eum editis & aliis iocis & facetis dictis eius.



Vtebať & uersibus græcis tempestiue satis: & ut de quodam proceræ staturæ improbusq; nato μάκρα βιβὰσ κραδάων δολιχόσκιον ἔγχοσ. Et maxīe de cerulo liberto. qui diues admodum: & subterfugiendum quandoq; ius fisci ingenuum se. & Lachetem mutato nomine cœperat ferre ὦ λάχησ λάχησ ἐπὰν ἀποθάνησ αὖθισ ἐξ ἀρχῆσ εἴσῃ κηρύλοσ. Et maxime tamen dicacitatē in deformibus lucris affectabat ut inuidiam aliqua cauillatione dilueret transferretq; ad sales. Quendā e caris ministris dispensationē cuidam quasi fratrem petentem: quū distulisset ipsum candidatum ad se uocauit exactaque pecunia quā

plicia tribuit: ut in eodē genere subulōibus ex argumēto dictis. Idē ī.xxviii.ait efficatior ē ad id subulo ceruoꝝ generis. planipes uero ut id quoq; macrobii uerbū trāseūter explicemus: significat actorē plāipe diæ cōœdiæ. plāipedia autē dicta est ob hūilitatē argumēti eius ac utilitatem actorē q nō cothurno aut socco utať in scœna: sed plāis pedibus: idest nudis ieunt ꝓscœniū. unde a plano pede plāipedia fabula: & actor plāipes dictus: sicuti docēt Dōatus & Diomedes. hinc illud galienū ex libro primo noctium atticarū. si ut plāipedi saltādi ita graccho cōcionāti nūeros & modos & frequētamēta quædā uaria tibicē īcineret. actius quoq; scriptor togatarū ait datū est aurū: exultat plāipes.

planipes

plāipedia

Plaustra potiusq; plostra: satis notū est cognationē esse quādā iter au. & o. ut aula & olla. unū ait priscīaus ī primo trāsit. au. in. o. ꝓductā more antiquo: ut lotus ꝓ lautus plostrū pro plaustrū cotes pro cautes: sicut ēt ecōtra: ꝓ. o. au. austrū ꝓ ostrū. ausculū ꝓ osculū: frequētissimeq; hoc faciebant antiq. unde & coda a uarrōe & Cicerōe ꝓ cauda usurpať: uespasiāus itaq; cū uideret floꝝ uelle emēdare cōsuetudinē priscorum: tanq̄ patū latinæ: plostrū diceret: sed plaustrū dicēdū foret. locatus in noīe flori nō florū salutauit: sed flaurū: tanq̄ eadem rōne flaurus dici deberet nō florus: qua ille cēsebat plaustra dicēda esse nō plostrā. Dimlutiuū plostri est plostellū. Oratius. plostello adiūgere mures.

Aula olla

plaustrum

plostrum

Coda

Expugnatus: exoratus ad cōcubitū: sicut historici memorāt Alexādrū magnū uictū fuisse a thelestri regiā amazonū petere ꝑseuerāte ut secum cōcubere uellet: quæ dicebat se uēisse ad cōmūicādos cū rege liberos. Perductæ: adductæ ad cōcubitū uespasiāi: significāter autē loquutus est: cū ꝑductores auctore asconio pediāo ī hoc differāt a leonibus. q lenones sūt scortoꝝ: perductores eaꝝ personaꝝ: ī qbus stupra exercita legibus uidicať. Sūmā ratiōibus referri: dispēsator Cæsaris ī ratiōario diligēter referre solet oēm pecuniā noīe pricipis expēsam & causam ascribere. uerbi gratia. ut ita scribat ꝓ ædificāda uilla: cētū dedi: pro cœmēda suppellectile ducēa. nūc itaq; dispēsator rationibusq; præpositus cū nesciret quomodo hæc sūma dono data fœminæ pro cōcubitu ī codice expēsi eēt referēda: īterrogauit pricipem: quēadmodū uellet ī libro perscribi: ille facetissime dixit pro adamato uespasiano: tanq̄ id diuersum foret a cōsuetudine cōmuni. solēt n. amātes nō amati errogare pecuniā ut uoti cōpotes existāt: sed quia illa dixerat se amore uespasiāi deperire: elegāter & festiuiter ita referri iussit in codice ratiocinioꝝ. sic tu quoq; iclyte Hānibal si unq̄ a puella īuitatus fueris ad palestrā ueneriā: moxq; ex tua liberalitate illa mūere amatorio dōaueris. poteris in ratiōario: summam expēsam ita referre. pro Hānibale adamato. heliogabalus eunuchos rōibus præpositos habuit. Improbius nato: ex sordido loco natū uel uti spuriū signare uidetur. μάκρα βιβὰσ: uersus est. ex. vii. iliados rhapsodia: quo describiť aiax dū uadit in hectorē pleno gradu igēti corpore sublimi dextra trabalē lāceā quatiēs. sic aūt īterptari potest: lōgis passibus uadēs quatiēs hastam umbræ lōgioris. Vespasianus ad proceram staturam illius: quem taxabat alludens retulit hoc carmen. tanq̄ in homine nihil foret præter proceritatem. sicut nos ecōtrario de homīe pusillo interdum dicere solemus pygmeo breuior grauem timenti.

Thalestris ad alexandrū

perductores

Lenones

pro adamato uespasiano

M. AN. Prætextatis: puerilis licētie. Faceta: iculariter dicta & q̄si audiēdi sitim: ut fabii uerbo utar facētia. Plaustra: potiusquā plostra quasi plostra minus elegāter diceret. Flaurū salutauit: quū floꝝ dicere debuisset ad pridianā illius alludēs emēdationē. Expugnatus: præcibus fatigatus: ut quādam ad cōcubitū admitteret. Amore suo: sui elegātius dixisset. Productæ: ad cōcubitū admissæ. Adamato: ad meretriculæ ꝓfessionē respexit: quæ se illū ardēter amare ꝑdicabat. μάκρα βιβὰσ κραδάων δολιχόσκιον ἔγχοσ: lōge uadēs uibrāsq; lōgioris umbræ hastā ex secūdo iliados sumptum.

PHI. Ob subter fugiendū fisci: ne fisco id tributū ferret q libertini ex prisco more pēdebant: Tempore secūdi punici belli decretū fuit ut libertine fœminæ pecuniā pro facultatibus suis cōferrent: ex qua donū daretur feroniæ: quæ dea est libertinoꝝ. ὦ λάχησ: latinæ sic īterpretať: olaches: laches quādo mortuus fueris iterum diceris cerulus. & ita significari uoluit nominis mutationē nihil illi profuturam ab subterfugiendum. Cauillatione: seneca & Cicero cauillationes dixerunt: q græce sophismata nūcupantur hic cauillatio accipitur pro cauillo dicaculo & facetosa urbanitate alias signat irrisionem. Dilueret: resolueret: refelleret. & quasi mitiorem redderet. sicut uinum dicimus aquā dilutum. Au. gellius. sicut fecisse ciceronem scriptum est: cum id quod inficiari non poterat urbano facetoq; dicto diluit. Dicuntur oratores in causis agendis diluere argumentationes aduersarii: quādo per refutationē obiecta refutant. Apuleius. mihi iam

Cauillatio

Diluere

tam is cū suffragatore suo pepigerat sine mora ordiauit. Interpellanti mox ministro alium tibi ait quære fratrem hic quē tuum putas meus est. Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calciandas mulas desilisse ut adeunti litigatori spacium moramq́ɜ præberet interrogauit quanti calciasset pactus est lucri partē. Reprehendenti filio Tito quod etiā urinæ uectigal cōmentus esset: pecunia ex primam pensiōe admouit ad nares siscitans num odore offenderetur: & illo negante: atqui inquit elotio est. Nunciantes legatos decretam ei publice non mediocris summæ statuam colosseā iussit uel continuo ponerent: cauam manum ostentans: & paratā basim dicens. Ac ne in metu quidem ac periculo mortis extremo abstinuit iocis: nā quum inter prodigia cætera mausoleū Cæsarum repente patuisset: & stella in cœlo crinita apparuisset: alterum ad Iuliam Caluinam egente Au

dudū satis est. si nō modo crimina obiecta plenissime delui. Ad sales: ad salsa dicta & ridicularia Pli. i. xxi. uita humanior sine sale neqt degere: adeoq́ɜ necessarium

Elementū salis necessariū sales

elemētū est: ut transierit intellectus ad uoluptatē. animi quoq́ɜ famia sales appellant. oisq́ɜ uitæ lepos: & summa hilaritatis: laborūq́ɜ reqes: non alio magis uocabulo cōstat: hinc illud lucani nō soliti lusere sales. & Terētii: q habet salē: quod in te est. & Catuli. Nulla in tam lōgo corpore mica salis: quod ut interpretat qntilianus: significat nihil in corpore eius esse ridiculū. Cuidam quasi fratri: sensus est: quidam fauorabilior apud pricipem ab eo petiit dispensationē aulicā dari cuidam: quē sibi fratris loco esse asseuerabat ut res foret impetrabilior. uespasianus utpote solers & ueterator se uocauit illū petitorē dispensationis. siscitatusq́ɜ est q̄tā pecuniā pactus esset se daturū ministro suo pro impetranda: quā cupiebat: dispensatione. quo cognito eā pecuniā exegit ipse: & sine itercessione alterius dispensationem tribuit. iocatus mox in ministrū quod hic quē appellauerat fratrem: factus erat sibi frater: tanq̄ more fraterno secum par

Cādidatus

tiario pecuniam diuisisset. Candidatum: petitorem dispensationis: nam ut alibi dictū est candidatus generali uocabulo nō solū petitor magistratuum dicit: sed aliarū quoq́ɜ rez: sicuti docent testimonia eruditoꝝ: ad quæ perinde atq́ɜ ad anchoram cōfugimus. Cum suo suffragatore: cū ministro opitulatore adminiculatoreq́ɜ: qui apud principem suffragabatur amico pro dispensatione. Interpellanti: interponēti principis actioni. alias interrūpēti mediam alterius orationē: hoc enim significat interpellare. Ad calciandas mulas: calceantur mulæ quādo soleis ferreis ueluti calciatu muniūtur. Dixit plinius camelos in lōgiore itinere sine calciatu satiscere. Adeunti litigatori moram præberet: sensus est. dū uespasianus faceret iter mulio carucarius: qui principis carucam regebat desiliēs ad terram fecit subsistere mulas: tāquā discalciatæ deperditis soleis iterum forent calciandæ. existimauit uespasianus hoc fieri ut litigator nescio quis data mercede mulioni haberet occasionem ad se accedendi: & litē suam explicādi. unde festiuiter ad mulionē. Dic mihi inquit quantū lucrum fecisti dū calcias mulas: uel potius calciare te simulas. quasi dicere uellet quantam pecuniam accepisti ab hoc litigatore: ut sub hoc prætextu posset ociose satis rem suam denarrare. mulio confessus est: de lucro & id partitus est cum uespasiano.

M. AN. Ius fisci: cui libertinæ conditionis erant obnoxii. ὦ λάχης λάχης ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἔσῃ ἐξ ὑπαρχῆς ἐρητρεῖ κύριλλος: o laches: laches postq̄ mortuus fueris stati ut e pricipio habeberis alcyon.

Ad sales: ridicula uerba. Dispēsationē: haud memini meuspiā legisse candidatos ad dispensationem petēdam procedere solitos: nisi metaphoricos dictū accipias: sed uide ne dispensatorem quendam e charis ministris sit legendum. Petentem: solēni more pro candidato cū quo pactus erat pecuniam tanquam pro fratre supplicantem. Quum distulisset suffragiū suū: aut si nihil placet mutare quū nō statim annuisset: sed i aliud tēpus rem distulisset. Candidatum: eum pro quo petebat. Vocauit: uespasianus. Exacta: expressa.

Suffragatore: idest ministro illo qui pro candidato supplicabat. Ordinauit: si nihil mutandū sit dispensatorem instituit: si uero aliter legendū suo suffragio & auctoritate questorē ædilemue: aut quid aliud declarandū curauit. Suspicatus: uespasiāus. Calciādas mulas: ferreis soleis muniēdas. Adeūti litigatori sensus est. suspicatus uespasianus mulionem suū desilisse ad calciādas mulas: ut adeūti litigatori. i. ut litigator dum mulæ calciarent per ociū sibi dicere posset q̄ uellet: ac p hoc ille pecuniā aliq̄ ob eā morā muliōi dedisset. Interrogauit: uespasianus a mulione petiit. Quāti calciasset: hoc est quantam pecuniam cum litigatore calciādi prætextu pepigisset.

Sordidum uectigal.

PHI. Vrinæ uectigal: sordidum profecto uectigal & ex re sordidissima repertum minimeq́ɜ principi cōueniens: quod hoc opinor pacto excogitauit. Romæ i angiportis & in angulis uicorum: amphoræ antiquitus erant collocatæ: in quibus transitores ebrii & uinulenti urinæ libidinæ lacescente meiere solebant: qd indicat Caius titius uir ætatis lucillianæ in oratione q̄ legem faniam suasit: cuius uerba subiecimus. dū me

amphoræ angiportis

funt nulla est in angiportu amphora quam non impleant: quippe qui uesicam plenam uini habeant: ueniūt in comicium tristes iubent dicere: quorum negocium est narrāt. iudex testes poscit: ipsius it mictū: uix præ uino sustinet palpebras. hæc titius. ex hoc coniectamus uespasianum nouum sordidūq́ɜ tributum reperisse

gusti pertinere dicebat:alterum ad parthorum regem : qui capillatus esset. prima quoq; morbi accessione:ut iquit puto deus fio.

De infirmitate & morte eiusdem.



Consulatu suo nono tentatus in campania motiunculis leuibus. ac protinus urbe repetita Cutilias ac reatina rura:ubi æstiuare quot annis solebat petiit. Hic quum super urgenté ualitudinem creberrimo frigidæ aquæ usu etiam intestina uiciasset:nec eo minus muneribus imperatoriis ex consuetudine fungeretur:ut etiam legationes audiret cubans aluo repente usq; ad defectionem soluto:imperatorem ait stãtem mori oportere. Dumq; cõ

pro amphoris in urbe reficiédis: quibus uesicæ commeantiú exonerabantur.põt referri id uectigal ad urinam:qua fullones utútur:quos ob urinæ tractationem tétari podagra negat plinius.urina eni podagris medeť. Cõmétus:excogitasset iuenisset. Ex primá pensione:solent tributa pluribus pensionibus persolui: sicut carthaginenses a romanis mulctati fuerunt:ut.x.milia talentú auri descripta pensionibus æqs in annos quinquagita. soluerent. Admouit ad nares:apposuit alludés ad urinam:quæ admota naribus infestat olfactú urina pessima est atq; mortifera nigra crassa mali odoris doctriæ si in spurcú uas mittanť:ut dicebat epitectus cõputrescút:fiuntq; urina fœtidiores spurcioresq;. Atqui:sed. aduerbiú est. E locio est:ex urina est hæc pecúia:tanquam sententiá illá iuuenalis docere uellet esse uerissimam lucri bonus odor est ex re qualibet.interrogatus bias quidná faciens homo delectaretur:lucrans iquit. lociú autem latinum uocabulú est & uetus:qđ significat urinam apuleius in asino aureo : nudus & frigidus & locio perlitus quasi utero matris recés editus. Publicæ:a suis populis: unde legari ueniebát. Colosseá ad colossi magnitudine. Alexander statuas colossas locauit alto noie colossica & qsi συγκριτικὰσ. colossicotera signa dicta: flos cyclamini a plinio diciť colossinus ob altitudiné. Continuo:statim. Cauam manú:laté ter petiit pecuniá sibi repsentari decretá ad statuá erigendá.ná quéadmodú basis fultura est & fundamentú statuæ erigédæ.ita manus caua erat istar basis ad pecuniá statuæ cupiendá.Nõ inuenuste bases in pedibus húanis dicútur:quibus corpus fulcitur.In actibus apostolo₰ cõsolidatæ sunt bases & eius plátæ.Nec in periculo mortis. sextus aurelius. seriis ioca quibus delectabať admiscens in interiit.Cõsimilis fuit hadrianus:qui moriens hos uersiculos lusisse dr:animula uagula bládula hospes comesq; corporis:quæ nunc abibis in loca palidula rigida nudula nec ut soles dabis iocos. Mausoleú:sepulch₰.Romano₰ imperato₰ de quo supra satis multa. Patuisset:nulla euidenti rõne patefactú fuisset:ex cuius patore siue apertura uidebatur portendi.mors uespasiáo: ad qué recipiendú foret sepulchrú sua spõte reclusum ac patefactú. Stella crinita:cometes. Ad iuliá caluiná:cú prodigia sint sub obscura & perplexa:uespasianus pdigiú sepulchri Cæsarų patefactú:non ad se ptinere dicebat:qui nõ erat ex gente iulia:sed ad fœminá e gente augusti:a quo id mausoleú fuerat extructú: tanquá illa proximior foret cõditori q̃ ipse:& talia pximioribus minitari uideantur. Alte₰ ad parthorú regé.s. pdigium de stella crinita. Capillatus esset:cú cometes sit sidus capillatú & coma₰ modo in uertice hispidú festiuiter uespasianus dixit id pdigiú pertinere ad regé parthicú:qui ita capillatus erat ut stella crinita crine sanguineo apparauerat:& ita ex noie & effigie ducebat sales sextus aurelius cú crinitum sidus apparuisset.Istud inquit ad regé persa₰ pertinet cui capillus effusior. psæ ut ingt strabo i.xv.gestát pileú turritú & tiaras mago₰ infulis similes.& sindonii páni uolumen. Vtputo deus fio.i.morior.Ná post morté Cæsares referebanť in nume₰ deo₰.unde quicúq; Cæsa₰ dú agit animá elegáter dicere potest: se deú fieri.cú per morté transeat ad diuinitaté:qua mox est cõsecandus.Ná ut docet Tacitus deum honor principi non ante habetur:q̃ agere inter homines desierit. Tentatus motiunculis: agitatus miutis alui lubrice motionibus & quibusdam quasi puntiunculis & uerminationibus:quæ ut ait Seneca.primo motu uexant:sic autem dicitur motiuncula.ὑποκόρκιστικῶς.ut legiúcula & procuratiuncula exceptiuncula.

Vectigal urinæ
Vrina medetur podagris
Sententia epiteti
Lucri bõus odor
Locium
Colossicotera
Flos colossinius
Bases pedum
animula uagula blandula
sidus crinitum ad regem capillatum
Deus fio.
motiúcula

M.ANTO. Pensione:uectigalis exactione. Odore:fœtore aliquo. E locio:ex urina. Colosseá: i specié colossi. Paratá basim:manú.s.cauam fore:fundamentú colossi ad destinatá illius conflationé alludés. Mausoleú:iuliæ gentis sepulchrum:quod in cápo martio fuit. Ad iuliá caluinam:sic enim legendú non iuliam:nam iuliæ nõ iuniæ id gentis fuit sepulchrum, Alterum:crinitam stellam:cuius plinius meminit.

Puto deus fio: satis urbane ad mortem respexi: quando Cæsarum quidam uita defuncti relati essent inter deos. Motiunculis: analogicos a motione ut a lectione lectiuncula.

surgit ac nititur inter manus subleuantium extictus ẽ .viii. calen. Iuli. annum gerens ætatis sexagesimum ac nonũ superq; mensem ac diem septimum.

De certitudine eius circa filios successores.


Onuenit inter omnes tam certum eum de sua suorũq; genitura semper fuisse: ut post assiduas ĩ se cõiurationes ausus affirmare senatui aut filios sibi successores aut neminem; Dicitur etiam uidisse quandam per quietem stateram in media parte uestibuli palatinæ domus positam examine æquo cum altera lance Claudius & Nero starent in altera ipse ac filii: nec res fefellit: quando totidem annis pariq; temporis spacio utrique imperauerunt.

TITI VESPASIANI.

Cutiliæ aquæ

PHI. Cutilias petiit: in agro reatino Cutiliæ lacus est in quo fluctuat insula. quam umbilicũ Italiæ esse marcus uarro tradit. plinius quoq; in secundo ad cutilias aquas siluá semper fluctuãtem memorat quæ nũquam die ac nocte eodem loco uisit. Vbi æstiuare: æstiua agere: & æstiuo tẽpore morari. Aquæ usu: designat ut opior aquas subcutilas:

Subcutile aquæ

quæ in sabinis gelidissimæ sunt: & ut auctor est plinius l.xxxi. suctu quodam corpora inuadunt: ut ppe morsui uideri possit: aptissimæ tamen stomacho neruis & uniuerso corpori. Aquã potui insalubrem esse medicorum schola testatur. Deterrimã uero illam eẽ: quæ sit ex diluta niue Aristoteles tradit. causamq; ascribit in problematibus plinius in.xxxii. refert potum aquæ carnes alere: ideoq; minus roboris esse in corporibus illis & minus roboris: contraq; labores patientiæ. Muneribus: officiis. Cubãs: in lecto ægrotus iacens: Oratius: trãstyberim lõge cubat is prope Cæsaris ortos. Aluo ad defectionem soluta: facto uentris profluuio: quo periit. Imperatorem ait stãtem: uerbum plenum fortitudinis & uirilitatis: quo indicauit uiriliter moriẽdum esse & firmiter: dum ait

Vox uespasiani uirilis

turpe esse imperatori cubanti mori: quem stantem mori oporteat: in hanc sententiam ait Sextus Aurelius. uentris profluuio fessus & assurgens stantem ait imperatorem excedere terris decet. Elius uerus romanus imperator subinde dictitabat. sanum principem mori debere non debilem. Videtur autem hæc uespasiani

Mors senis lenissima

mors fuisse talis: qualem in sene scribit plato cõtingere: qui in Timeo refert eam mortem inter cætera mortis genera esse lenissimã: quæ senio paulatim ad finem deducẽte naturaliter subrepit & cum uoluptate potius quam cum dolore cõtingit. Super: insuper. Genitura: natiuitate. sicut sæpe ante dictum est. Aut filios sibi successuros: hoc idem memorat Eutropius: cuius hæc sunt uerba: genituram filiorum ita cognitã habuit: ut cũ multæ cõiurationes contra eum fierent: quas patefactas ingenti dissimulatione cõtempsit: in senatu dixit aut filios sibi successores aut neminem. legimus apud philostratum quemadmodũ apollonius thyaneus uespasiano suasit: ut imperium Romanum capesseret: in quod filii essent successuri. Staterã exa-

Examẽ State munus

mine æquo: examen ut inquit Seruius proprie est filum illud: quo trutina regitur. & in statera lãces ad æquilibrium diriguntur. stater uero genus est nũmi. cuius mentio fit in euãgelio. & in Canonicis scripturis: ẽ autem ponderis unciarii ut docet fortunatus. Claudius & Nero starent: somnium hoc portendebat uespasianum una cum filiis tanto tempore imperaturum. quanto Claudius & nero imperauerunt: ĩperauerat autem Claudius annos. xiiii. Nero totidem. Vtriq;: & claudius & nero ex una parte: uespasianus & filii ex altera. Nam uespasianus. x. annos imperauit: Titus tres. Domitianus uero. xv. qui omnes in summa collecti annos efficiunt. xxviii. quot claudius & nero imperauerant.

M.AN. Cutilias: nomen loci proprium: ut bouillas fregellas. Aestiuare: æstiuis mẽsibus secedere. Stãtem: nõ cubãtem. Genitura: genesi horoscopo. Quãdam stateram: græci τον στατῆρα nummi gẽus dicunt: sed tu instrumẽtũ ad pondera exigẽda aptum intellige: seu bilãces ipsas. Examine: media ligula lances æquante. Vtriq; imperauerunt: ut quot annos habuissent claudii & nerõis principatus totidẽ tres flauiæ gentis: qui nõ multo post successere essent habituri.

TITI VESPASIANI.

deteriores incolumiores

Diurnare pedes deorum lanati


ICVT EADEM terra cicures gignit & feras: frumenta & tribulos: sentes & flosculos: sic ex uno uespasião. ueluti ex eodẽ fonte dulcedo amarorq; pcessit: quod. n. dulcius Tito? quid amarius Domitiano. quorum tãta fuit morum dissimilitudo: quãta iter demeã & mitionẽ: comicos fratres pfecto nõ extitit. Alter mitis clæmẽs placidus & uirtutũ cõciliabulũ. alter seuus truculẽtus & flagitiorum officina. Sed ut iquit elegãter quadrigarius: hæc maxima uersatur in terris deorum iniquitas: quod deteriores sunt incolumiores: neq; optimum quẽq; inter nos sinut diu uiuere: siue ut ipse dixit diurnare: &. n. titus: qui erat optimus bonitatẽ suam nõ diu in imperio potuit exercere. Domitianus q erat pessimus per. xv. annos per seuã truculentãq; naturã impune crassatus est: uerũ. n. uero qui dixit deos pedes la-

C.SVETONII TRANQVILLI LIBER.XI.
DIVVS TITVS IMPERATOR AVGVSTVS.


ITVS cognomine paterno amor ac deliciæ generis humani tantum illi ad promerendã omnium uoluntatem uel ingenii uel artis: uel fortunæ superfuit: & quod difficillimũ ẽ imperio quãdo priuatus atq; etiam sub patre principe:

natos habere: uerissime dixit. lẽto. n. gradu & isono uestigio: ad fontes punicẽdos pgrediũt. Nãq; Domitiãus suæ uitæ: de famatissimæ meritas tãdem pœnas dedit: bito hanata morte extinctus; quẽ domestici cõtrucidarũt: cũ Titus ipse leni habitu obitu; & naturali morte defunctus sit. cuius uitæ interptamẽtũ iã aggredimur. Titus cognomine paterno: titulos appellauerũt prisci ornamẽta: quæ sacerdotes capitibus habere solẽt ut metã: ab eo quod matres familias crines cõuolutos ad uerticẽ capitis: dicũt titulos: siue ab eo q altissimũ ĩ urbe: quod est arx. ea res tutissima titulus uocaẽ: milites quoq; tituli appellabãẽ quasi tituli q patriã tuereẽ. unde titi pnomen ortũ esse autumat festus: ex quo persius uẽ dixisse: igẽtes trepidare titos ĩperator uero titus cognomine paterno fuisse: dĩ: qa & ipse Titus uespasianus est appellatus Cor. Ta. Titus uespasiãus e iudæa ĩcolumi adhuc galba missus a pẽe. Pli. l. ii. Nã ut ĩ. xii. diebus utrũq; sydus quæreret & nostro euo accidit impatoribus uespasiãis: pẽe tertiũ filio iteq; cõsulibus. Sextus Aurelius. Titus uocabulo patris ẽt uespasiãus dictus; Eutropius. huic filius titus successit qui & ipse uespasiãus est dictus. Amor ac delitiæ generis humãi: cordus tradit Gordianũ adeo fuisse amabilẽ: ut oĩs Romãus populus eum delitias suas appellaret: titus uero nõ unius tãtũ populi: sed qđ lõge præstãtius est: humãi generis amor fuit & delitiæ. Sextus aurelius. Adeo hæc tito ĩmortalẽ gloriã cõtulerũt: ut delitiæ atq; amor humãi generis appellaretur. hoc idẽ memorat eutropius. hinc illud pacati ex panegyrico ad Theodosiũ: Quin me nerua Trãqllus amor generis humãi Titus pietate memorabilis antoninus teneret. Tãtũ illi ad promerẽda: hæc oĩa uelut p parẽthesim ĩterposita uideñẽ: ut cõiũgas pĩcipiũ primi capitis cũ pĩcipio secũdĩ: hoc pacto. Titus natus est ex quo apparet nõ satis pẽsiculate capita eẽ digesta. ad pmerẽdã dixit p demerẽdã & cõciliãdã. Ingenii: sicut oli ĩ scipiõe africão tãta naturalis ĩgenii dexteritas fuisse pdiẽ: ut hostes ẽt ĩfestissimos facũde alloquẽdo sibi cõciliaret. Vel artis: ut qdã q quodã qsi artificio utunẽ ad fauorẽ hoĩum colligẽdũ. Mar. T. in epistola ad. Qu. fratrẽ laudat in uirgilio. &. C. Octauio artificiũ beniuolẽtiæ colligẽdæ. Salustius quoq; docet in. L. sylla. fuisse artẽ gratiæ militũ aucupãdæ. Vel fortũæ: tanq̃ q fortũatus est: illi oĩa habũdæ superfint: cũ fortũa & fauorabiles faciat & sũmos e cõtrario cõtemptibiles & infimos: si ita decreuerit: quæ ut inqt Plautus huãna fingit artatq; ut iubet. Supfuit: affluẽter & copiose affuit supfluit sup abundauit: alibi aliud significat. sicut suo loco tradidimus. Et qđ difficillimũ ẽ in impio: cũ ĩperiũ ferme eẽ soleat inuidiosum & maliuolẽtiæ plenũ: mirũ fuit Tito ĩ pĩcipatu supfuisse tãtũ ĩgenii ad cõciliãdos mortaliũ animos. hoc. n. difficillimũ est: cũ pleriq; omnes libertatem ament seruitutẽ oderint.

Tituli

Titus uñ

titus uespasianus

Gordiãus delitiæ. p. r.

Dexteritas scipionis

Fortuna humana regit

MARCI. Antonii sabellici ad augustinum Barbadicum serenissimum uenetiarum pĩcipem pariphraseos in Titum paraenesis undecima.


Ognomine paterno cõtigit Tito pĩcipi ĩ publica administratiõe dux excellẽtissime: qđ & mortaliũ paucis ac nescio an uerius nulli dixeri. Nunq̃. n. ĩuidia altioris fortũæ uiros destitit incessere. Estq; ap Xenophõtẽ pclare scriptũ animantiũ nulli difficillius ĩperari q̃ homini: quo fitut rato ĩ ea fortũa relinquaẽ inocẽtiæ locus: atq; ob id ita cõparatũ: ut quo maiores fint uitæ successus plures honores q̃siti eminẽtiore fastigio quisq̃ collocatus: ita maior undiq; illi cõfleẽ ĩuidia: ex inuidia odiũ: ex odio ĩsectatio & aduersi rumores: Sic plurimi qui in priuata fortuna inocẽtissime uitæ habita fuerant: postquã ad fastigium dignitatis sunt euecti: quasi priori uitæ cõtrariũ abiissent in procacissimos inuidiæ morsus rumoresq; amarissimos incidere quasi euenire non possit: ut quisquam in publica fortuna melior fiat q̃ in priuata fuisset. uerum satis constat Tito principi aliter cõtigisse: qui quũ priuatus & uiuo adhuc patre infamia nõ caruisset post adeptum imperium ita prorsus omnem uitæ suspitionem diluit: ut ingens mortalium consensus humani generis delitias appellarit: tantum uel prioris uitæ mutatio ualuit: uel quod magis credo accuratissima rerũ administratio fœlix ille: sed tu dux iucundissime fœlicior cui in priuata & publica fortuna semper eadem fama constitit: tuisq; clarissimus fuisti uera namq; & certa fœlicitas in perpetuitate consistit. Cognomine autem paterno: dixit uespasiano: uterq; enim pater inquam & titus qui illi successit uespasianus est dictus. pli. & nostro æuo accidit imperatoribus uespasianus patre tertio: filio iterum quum haud dubie de tito & patre loqueretur & rursus quem intra quadriẽnium imperatores Cæsares uespasiani pater & filius censoresq; egerunt. Item imperatoribus censoribus uespasianis: quibus plinæ colligitur tam patrem q̃ titum filium uespasianum nominatum. Superfuit: affuit: in hunc sane significatum cœpit id uerbum circa plinii & tranquilli tempora usurpari. quod Gellius ait aperitoribus repudiatum. Imperio: siquidem quo amplior est fortuna eo magis obtrectationibus & inuidiæ obnoxio: mirum sane ac pœnæ incredibile dictu: quod qui in priuata fortuna odia & obtrectationes declinare nequiuerit: in summo rerum fastigio æq̃ omnibus carissimus fuerit.

Inuidia

ne odio quidem nedum uituperatione publica caruit.

De natiuitate Titi & eius educatione.



Atus est.iii.calē.ianuarii insigni anno Caiana nece ꝑpe septizoniū sordidis ædibus cubiculo uero per paruo & obscuro:nā manet adhuc & ostēdit. Educatus in aula cū Britānico simul ac paribus disciplinis & apud eosdē magistros institutus. Quo quidem tpe aūt Metoposcopū a Narciso Claudii liberto adhibitū ut Britānicū īspiceret cōstātissime affirmasse illū qdē nullo mō:cæterū Titū quiꝑpe astabat utiq; īperaturum. Erant aūt adeo familiares:ut de potione qua Britānicus hausta periit. Titus quoq; iuxta cubās gustasse credat grauiq; morbo afflictus diu. Quorū omniū mox memor statuā ei aureā in palatio posuit:& alterā ex ebore equestrē:quæ circēsi pōpa:hodieq; præfertur:dedicauit:prosecutusq; est.

De uirtutibus & scientiis eiusdem.



N puero stati corpis aiq; dotes explēduerūt magis

PHI. Ne odio quidem:difficillimū planæ hoc est:eum qui priuatus fuerit odiosus & uituperationi publice obnoxius:in principatu apud omnes fauorabilē esse & gratiosum. Caiana nece:quo anno.C. Calligula fuit interfectus. Prope septizoniū:nomen est magnæ molis & ædificii:quod septē cingulis ambiebatur unde dictum uidet:græci.n.zoniō cingulon uocāt sparcianus īter opa q̄ publica a seuero principe extructa sunt memorat septizoniū:& thermas seuerianas.sed hic haud dubie de alio septizonio est ītelligendū cum multis annis post Seuerus īperauerit:apud Amianū Marcellinū mentio fit septizonii : quem locū Romæ celebrem fuisse testatur ubi opis ambitiosi nympheum hoc ē lauachrū conditum fuisse ait a marco imperatore.septizoniū dimidiatū adhuc Romæ in uisitur & nos proximo anno curiosis oculis sumus cōtēplati supersunt tres operis ambitiosi ueluti zone colūnaꝝ pulchritudine magnificētia altitudie spectabiles:ex qbus cōiectaē uix credibilis reliqua altitudo fastigiū ac cacumen æstimātibus si moles ītegras cū totis septem zonis sup esset. Manet adhuc.s.cubiculū illud:in quo natus est Titus ī aula:imperatoria. Metoposcopū: metoposcopus dr̄ qui addiuinat ex facie hominū : quiq; priuati ex inspectiōe frontis:quid cuiq; euentuꝝ sit prædicit græce:enim μέτωπον frons uocaē:& σκοπός speculator.Pli.i.xxxv. quēdā ex faciæ hominū addiuinantē quos metoposcopus uocāt ex his dixisse aut futuræ mortis annos aut præteritæ:metoposcopū perifrasticos signauit Iuuenalis illo uersu frōtemq; manū præbebit uati:quod autē præsita uitæ quædā in fronte hominū sint.testimonio est trogus auctor maximus:q sic ait.frons ubi est magna segnem animū subesse signat:qbus parua mobilem : quibus rotūda iracūdū hoc idem ꝓdidit Aristoteles in primo de animalibus.phrysignomon uero generali uocabulo significaē:quiq; ꝓfiteē hominū mores naturalsq; ex corpore oculis cultu fronte pernoscere:qualis fuit ille apud priscos zopiros:q socratem dixit esse stupidū & bardū:addidit etiam mulierosum:in quo alcibiades cachinū dr̄ sustulisse. Vt britannicū inspiceret:ex frontis & oris liniamētis inspectis prædiceret qd illi esset euenturū:& nunqd esset imperaturus. Nullo mō:britannicū nequaquā imperaturum. Vtiq;:certe plape haud dubie est:enim hoc utiq; cū assenetatiōe prolatum. Adeo familiares:Titus scilicet & britannicus. De potiōe.quā nero uenenatam a locusta ueneficia præparatā epulanti britannico dari iussit:sicut ante dictum est. Iuxta cubans:prope britannicū accūbēs:mos enim erat principū liberos cū æqualibus nobilibus uesci in aspectu propinquorū peculiari mensa. Mox:cū id imperiū peruenisset. Statuam ei:scilicet britānico. Quæ circensi pompa:supra memorauimus:quemadmodū in pompa circensi ante exhibitionem ludorum præferebantur imagines deorū & principum:inter quas britannici statua tito sic iubente præferebatur : quod erat specimen non parum pristinæ beniuolentiæ. Hodieq;:hoc ad tempora tranquilli refertur. Corporis animiq; dotes:thales milesius unus ex septem sapientibus interrogatus : quis nā fœlix sit:qui corpore inquit sanus fortuna locuplex animo non imperitus est:philosophi latini & imprimis Cicero ac augustinus:prima naturæ uocant dotes animi & corporis:quæ uarro primigēia nominauit:quæ græce dicuntur τὰ πρῶτα τῆς φύσεως.in quibus numerant incolumitatem:ualitudinem:sensus ītegros:doloris uacuitatem:uires:pulchritudinem cæteraq; generis eiusdem:& hæc ut dicebat marcus uarro in libro de philosophia de homines naturaliter appetunt:ut in corpore membrorū integritas & salus atq; īcolumitas sit:in aio uero ille dotes:quæ paruæ uel magnæ in hoium reperiunē ingeniis.igiē trāquillus significare uolēs in tito fuisse ea bona q̄ pria naturæ uocamus:dixit ī illo explēduisse dotes & animi & corporis.

M.ANTO. Caiana nece:Caligulæ cæde. Septizoniū:fuit is locus ī pte aureæ domus cōtra gregorū phanū Spartianus ait seueri afri id opus fuisse:sed credibile est locū ab eo cōmunitū aut īstauratū.Sed pricipatu illius omnino fuisse uetustius id molis genus erat nō multū a sepulchro diuersum quod idē auctor alibi demōstrat:illatus est inqt maiori sepulchro:hoc est Seueri:quod est in appia uia eūtibus ad portā dextra specie septizonii extructū. Britānico:claudii & messaliæ filio. Quo tpe:institutiōis. Metoposcopum:

septizoniū

nympheū

lauachrum

metoposcopus

præsitamorum in fronte

phrysignomon

zopyrus.

Vtiq;

Quis fœlix sit

primigenia naturæ

ἀπὸ τοῦ μετώπου frōte: καὶ σκοποῦ speculatore: quasi frontis seu lineamentorū īspectorē. Illū: britānicum. Quorū omniū: ueteris educationis cōmunisq; periculi. Et: germanico.

ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia: & cui nō minus auctoritatis inesset: q̄ gratiæ pcipuū robur: q̄q̄ neque procera statura: & uentre paulo proiectiore: memoria singularis: docilitas ad oēs fere tū belli: tum pacis artes armorū & equitandi peritissimus latinę græcæq; linguæ uel in orando: uel in fingēdis poematibus promptus & facilis: sed ne musicæ quidem rudis ut qui cātaret psalleret iucūde scienterq;. E pluribus cōperi notis quoq; excipere uelocissime solitū: cum a manuensibus suis per ludū iocumq; certamen imitari chirographa quæcūq; uidisset: ac profiteri sæpe maximum falsarium esse potuisse.

De officiis & studio ac moribus eius: & aliis gestis: & de uxoribus eius.



TRibūus militū & ī germāia & ī britānia meruit sū ma īdustria nec mīore modestia & fama sicut appet ex imaginū eius multitudīe: ac titulis p utrāq; pro

PHI. Per ætatis gradus: solēt interdū dotes animi & corporis senescere in nobis dum adolescimus: quæ in pueritia explendue rāt uiguerātq;: ut crescēte corpore decrescat decor & aī uigor relētescant: sed ī Tito p omnes gradus ætatis. hæc bona primigēia enituerūt: ut puer ut adolescens ut iuuenis: ut in oī ætate fuerit corporis animiq; dotibus ppollens. Quam gratiæ: ut reuerendus eodē tēpore foret & gratiosus. in hāc sentētiam ait Tacitus: in tito fuisse decorem cū quadā maiestate. Proiectiore. uentre p minulo & prominēte. Docilitas: plato tria genera ingeniorū cōplexus est: quorū præstās egregiū uocat: alterū deterrimū: tertiū ex utroq; temperatū mediū nūcupauit. Mediocritatis huius uult eē participē puerū docilem: & quēadmodū docilitas laudabilis est ita īdocilitas rephēsibilis: quæ ut ingt apuleius scribens de dogmate platonis prudētiā īpugnat: cōtrariaq; est descēdæ disciplinæ. Tū belli tū pacis artes: ut ingt elegāter plinius in panegyrico. enituit aliqs in bello: sed obsoleuit in pace: aliū toga sed nō & arma honestarūt: Plinianæ sniæ quadrat illud ppertii: hic satus ad pacē hic castrēsibus utilis armis. Titus uero docilis erat ad pdiscēdas artes oīs bellicas & politicas. In fingēdis: pprie poemata funguntur. officiū. n. poetæ est fingere: & figuratiōibus cōuelare ueritatē. Ad extēporalitatē usq;: ut sine pmeditatiōe extēporali carmine oratiōe ueteretur. Extēporalitas. n. dr̄ facilitas subitaria & repētina quæ. s. ex tempore sine iugi meditatiōe dicēda suppeditat: unde a Martiale extēporalis rhetor dictus est: q pditus erat hac facilitate extēporali. id ē ex tēpore dicēdi facultate. Quin. hūc maximū studiorū fructū eē sentit: & ueluti pmiū quodā lōgi laboris litterarii. Sciēterq;: multi iucūde qdā cātāt sed nō sciēter. utrūq; erat in tito: & uocis iucūditas & musicæ disciplia. Notis excipe solitū: titus solebat p notas: q breuiter colligūt itegrū sensum excipere qcūq; audisset more notariorū: ut notis referas ad pūcta litterarū: qbus singulis: ut ait ausonius una uox absoluitur. falluntur q notis exponūt p familiaribus: tanq̄ dicat se cōpisse ex notis: hoc ē familiaribus titi ea q sequuntur: sed elegātia non quadrat nec sensus cōuēit: nisi ita legas: solitū excipe notis. id ē p notas colligere q dicebantur: tāta illi erat in scribēdo uelocitas: ut de tito merito dici posset: Nōdū ligua suū dextra pegit opus. De hisce notis sic refert Seneca ī. xiiii. epistolarū. Quid uerborū notas: qbus quis citata excipitur oratio & celeritatē liguæ māus seqtur. Cū amanuēsibus: ministris a māu: quorū ministerio: utimur ī scribēdo: & taliū manus ī primis strēua & uelox eē solet. Imitari: quēadmodū unicuiq; suus uultus sua uox ē: ita & sua scriptiōis forma suusq; character. adeo ut difficile sit ex amussim & ad pf. ctū repsentare alienā manū. hoc tn̄ titus īgenii bōitate pcellens factitabat: ut chirographa: & manus alienas graphice imitaretur. Quītiliāus ait signū docilis naturæ eē imitationē: q effingēdi magistra ē. Falsariū: legimus apud iuriscōsultos titulū ad legē corneliā de falsis: qd falsum uidetur esse: si qs chirographū alienū imitetur aut libellū uel rōnē describat. merito igitur falsarius dici pōt: & legis Corneliæ poena puniendus: q aliena chirographa fuerit imitatus. Mars & mercurius in. v. ab Horoscopo loco: falsarios facient aut q per pecunias publicarū flaturarū adulteras artifices imitentur. Meruit: militauit. Ex imaginū multitudine: multitudo imaginū: q tito erant dicatæ: & in germania & in britannia testimonio est illum fuisse fauorabilē & dignū apud puinciales: qui titulis & imaginibus multiiugis īsigneretur. Scribit plinius in panegyrico statuas ob egregia in rēpub. merita solitas ēt priuatis dicari. Olī apud romanos mario gratidiano uicatim statuæ dicatæ fuerunt. Athenienses quoq; demetrio phalerio statuas. ccc. lx. statuerunt: nondū anno hunc numerū dierum excedente.

Tria genera ingeniorum

indocilitas

extēporalitas

Notæ uerborum amanuēses

Falsum

Falsarius

M. ANTO. Proiectiore: prominētiore. Docilitas: īgenii facilitas ad oia capienda. Ad extemporalitatem: ut ex tēpore etiā carmē ederet: & ad dicendū par esset. Comperi: cognoui: accepi: didici. Excipe: dictata uelocissime sequi solitū. Amanuensibus: libellorū ministris alibi a manu seruos appellare consueuit quorū opera in conscribendis epistolis ueteres uterentur. Certantem: scribendi celeritate. Chirographa cuiuscūq; manū: stilū characterē. Falsariū: utpote q oīum chirographa optime imitaretur. Per utrāq; pui

uinciã. Poſt ſtipẽdia foro operã dedit honeſtã magis q̃ aſſiduã. Eodẽq̧ tpe Arricidiã Tertulo patre eqte Romão : ſed pfecto quondã ptorianarum cohortium duxit uxorẽ : & in defunctæ locũ Martiã flauiã ſplẽdidi generis cũ ſublata filia diuortiũ fecit. Ex quæſturæ deinde honore legioni ppoſitus thraciam & gamalã urbes ualidiſſimas iudeæ in ptãtẽ redegit:equo quadã acie ſub fœminibus amiſſo:alteroq̧ inſcenſo:cuius rector contra ſe dimicans occubuerat.

ciam:germaniã & britanniam.

PHI. Poſt ſtipendia. ſ. militaria. Foro operã dedit:cauſas forẽſes exercuit. Honeſtã magis q̃ aſſiduã:iſtar magni patrõi cauſas nobiliores tantũ mõ ſuſcipiebat. Tertulo patre:alterius tertuli meminit Iulius capitolinus: qui fuit adulter fauſtinæ coniugis marci antonini. Defunctæ: arricidiæ primæ uxoris. Martiam fuluiam. ſ. duxit uxorẽ. Sublata:ſuſcepta genita. Thraciam & gamalã:uetus & ptinax mẽda occupauit codices trãqlli ut paſſim a doctis indoctiſq̧ legaẽ. thraciam & gamalã:cũ thraciã tantũ diſtet a iudæa quantũ hypãis ueneto diſſidet eridiano. igiẽ expũcta dictione ſubditicia uera dictio a nobis ſubſtituẽda eſt:ut p thraciã legamus tarichean : ſicut hiſtoriæ fides expoſcit & nois ſimilitudo ſuffragaẽ. Tarichea ãt ciuitas iudeæ ẽ iclyta iuxta locũ:quẽ zeneſerã uocãt in cuius oppidi oppugnatiõe Titus primus in hoſtes citato equo porrexit:quoſdã ex iudæis a tergo inſtantes alios per tranſitũ occidit:nõnullos ante capiens ictu ora trãſuerberat multos aliũ ſuper aliũ lapſos inuoluens configebat. Veſpaſianus lætatus eſt tanta filii uirtute:qui primus irruit in urbẽ taricheas:per lacũ zeneſeram:quem cæteri cõſecuti. ſunt tantus tunc pauor tarichearum defenſores iuaſit. ut nemo ſuſtinuerit phibere uenĩẽtẽ:& ita titi uirtute ciuitas capta:tarichitæ ſupati:hiſtoria latiſſime explicaẽ a Ioſepho ĩ tertio belli iudaici. & ab egeſippo ĩ hiſtoria iudaica:apud pliniũ in. v. tharicíæ nominãtur pro taricheæ:ubi ſcribit lacũ zeneſarã:amenis circũſeptum oppidis eẽ a meridie tharicíæ quo & nomine aliqui etiã lacum appellant ab occidente tiberiade. Plinius tharicien dixit:quã hiſtorici modo tarichean ſingulariter modo pluraliter taricheas protulerunt. Gamala uero urbs eſt iudeæ contra taricheas poſita ſupra lacum zeneſarã:quæ cameli ſimilitudinem pferens inde nomen accipit:ſed corrupto incolarum uſu pro camela nomen gamalæ ĩheſit. Memoratu dignum eſt quod in oppugnatione gamalenſium accidiſſe traditur:nãq̧ in ipſo cõflictu ortus eſt turbo:qui romanorum tela ferebat in gamalenſes:gamaliẽſium uero ſagittas & ſpicula retorquebat auctores Ioſephus & egeſippus. Gamalam introiuit titus eamq̧ funditus excidit:cum gamalenſes partim manibus romanorum militum trucidarentur:partim ſe præcipitarent:adeo ut præter duas mulieres nullus ſaluus euaſerit. Sub fœminibus:in partibus femorum quæ interiores ſunt:æquum titi percuſſum expiraſſe ſignificat. Fœmina enim ſunt partes fœmorum interiores. Inter fœmineum eleganti uocabulo appellat Apuleius genitalia muliebria:eo q̧ inter fœmina ſunt collocata. Cuius: equi. Miſſus ad gratulandum:Cornelius Ta. in hanc ſententiam ſcribit hæc:titus Veſpaſianus e iudæa incolumi adhuc galba miſſus a patre:cauſam profectionis officium erga principem & maturam petendis honoribus iuuenta ferebat:ſed uulgus fingendi auidum diſperſerat aſcitum eſſe in adoptionem. Accerſeretur:euocaretur:ut a galba tunc adoptaretur quando piſonem adoptauit. hinc accerſitores dicti uocatores. Apuleius:mittunt e ſuis accerſitorem unum. Quaqua iret:quocunq̧ loco & quacunq̧ parte. Rediit ex itinere : Corinthi: quæ achaiæ urbs eſt:accepit nuncios certos de interitu galbæ:unde anxius fuit ante in urbem pergere perſeueraret:fuerunt:qui crederent accenſum titum deſiderio beronices reginæ uertiſſe iter ad patrem. Adito paphiæ oraculo:Titus oram achaiæ præter uectus:cum in cyprum inſulam perueniſſet:cupido illum inceſſit adeundi uiſendiq̧ templum paphiæ ueneris inclytum per indigenas aduenaſq̧. Conditor tẽpli fuit rex uenerianus:pcibus & igne puro altaria adolentur:nec ullis ĩbribus q̃q̃ in apto madeſcunt:ſimulachri

Tarichea

Titi uirtute capti tarichitæ

Gamala: a cameli ſimilitudĩe

turbo tela torquebat

Fœmina inter fœmineum

De uenere paphia

De uictoria ciuitatis hieruſalem:& aliis geſtis eius.





Alba mox tenẽte rempublicã miſſus ad gratulandum:quaqua iret cõuertit homines quaſi adoptionis gratia arceſſeretur:ſed ubi turbari rurſus cuncta ſenſit:rediit ex itinere:aditoque paphię Veneris oraculo dũ de nauigatione conſuluit etiam de imperii ſpe confirmatus eſt. Cuius breui cõpos:& ad perdomandam iudęam

deæ est non effigie humana:sed continuus orbis latiore initio:in ambitū tenuē:metæ mō exurgens. Titus de nauigatione primū consuluit:postq̄ pandi uiam & mare prosperum accepit:de imperio per ambages q̄s dam interrogare cœpit:Cæsis compluribus hostiis.sacerdos nomine sostratus ubi læta exta uidit:petito se creto futura aperuit:qui aucto animo ad patrem rediit. Cor. Taci. auctor.

M. AN. Foro:forēsibus causis. Honestā opam:ad gīam & phamā conciliandā. Defunctæ:Arricidiæ. Sublata filia:filia ex ea suscepta. Ex quæsturæ honore:Tacitus inter legatos maiorem filiū a uespasiano assumptū dixit. Thracias & gamalam:Pli. in samaria phœniciæ parte gamalam ponit:& Thracinē nō thraciā in palestina syria. Sub fœminibus:q̄ partes fœmina essent bis est supra demonstratū. Quaqua: quacunq;. Paphiæ ueneris:pli. de Cipro:oppida inqt in ea. xv. paphos palepaphos. Ver. Ipsa paphum sublimis abiit. Dionysius:Tū uero & cypros intra pamphiliæ sinū gratissima olim sedes ueneres dioneæ.

relictus nouissima hierosolymorum oppugnatiōe. xii. propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus cœpitq; eā natali filiæ suæ tanto militum gaudeo ac fauore:ut in gratulatione imperatorem eum consalutauerint & subinde decedentem prouincia detinuerint:suppliciter necnon & minaciter efflagitantes aut remanerēt aut secum omnes pariter adduceret:unde nata suspitio est quasi desciscere a patre orientisq; regnum sibi uendicare tentasset. Quā suspitionem auxit postquam Alexandriam petens in consecrando apud memphim boue Api diadema gestauit. De morte siquidem rituq; priscæ religionis:sed non deerant qui secius interpretarentur. Quare festinās in Italiam quum rhegiū:dein puteolos oneraria naue appulissent:Romam inde contendit expeditissimus:inopinatiq; patri uelut arguens rumorum de se temeritatem:ueni inquit pater ueni.

PHI. Relictus:Tacitus sic. cæsar Titus perdomandæ iudææ delegatus a pāte. Hierosolymorū:umbilicū totius iudææ fuisse hierosolyma restant historici: cuius ciuitatis conditor fuit ex cognomēto iustus:potentissimus cananeorū:q fano ædificato hierosolyma uocauit cum antea solyma uocaret. Hieron. n. græci templū uocāt. De hierosolymis alibi pluribus. Propugnatores: iudæos: q p defēsiōe hierosolymorū ppugnabāt. Sūt. n. ppugnatores q pugnādo ex muris ex uallo ppulsāt aduersarios:patriāq; tutāt. uñ & ppugnacula dñr. defensionis cā in urbibus parata. Cōfecit: trucidauit. Liuius alterū curiacium cōficit. idē cōfectores ferarū iter. emptores dicti. Cœpit eam natali filiæ. viii. die mensis septēbris

Vmbilicus iudææ

Hierosolyma

propugnatores

propugnacula

Conficere

cōfectores

anno secūdo pricipatus uespasiāi hierosolyma ciuitas a tito capta est. ut scribit Iosephus i. vii. quinquies autem antea prius capta fuerat a barbaris regibus & a magno pōpeio. Imperatorē cōsalutauerint:refert philostratus in. vi. apollonii gentes finitimas ob uictoriam iudaicā coronare Titū uoluisse qui tali honore indignū se esse respondit. nō. n. se esse taliū operū auctorē:sed deo iracundiam cōtra iudæos demonstranti suas manus præbuisse:quæ cū audisset apollonius Thyaneus uæhemēter usq; laudauit:q uideret Titus īgenio abūdare & modestia:tum uero diuinarū humanarūq; rerū naturam nosse:cū sanguinis causa coronari noluisset. Subinde:mox:deinde. Desciscere:deficere ac rebellare. In cōsecrādo boue api. bos in ægypto numinis uice colit:quē apim uocāt:nō est fas eū certos uitæ ānos excedere:mersumq; in fonte enecāt: q̄situri luctu aliū quē substituāt donec inueniāt merēt:derasis ēt capitibus:nec tñ usq; diu quærit. Iuuentus deducit a sacerdotibus mēphin:grex puerorū comitat carmē honori eius canētiū Mēphi est locus in nilo quem a figura uocāt phialā:oībus annis ibi aureā paterā argenteāq; mergētes diebus quos hñt natales apis:q sunt septem:nemoq; p eos a crocodillis attigit. De api pli. solinus & herodotus nō pauca pdiderūt:qñ po. iudaicus fecit sibi uitulū cōflatilem & adorauit. scito id pp superstitionē apis bouis a superstitiosa natione factitatū:sicut interptat interpres instrumenti ueteris canonicæq; scripturæ. Amianus Marcellinus libro histo. xxii. refert apim bouem lunæ sacratū esse:in quo uisant notæ diuersæ genitaliū:cui bos fœmina iuenta cū certis notis offert:auctor est spartianus adriani pricipatu exortā esse alexādriæ seditionē ob apidē: q cum repertus esset post multos annos turbas īter populos creauit:apud quem deberet locari oībus studiose certantibus Macrobius apim solem intelligi autumat in primo saturnalium. Diadema:hoc exigebat ritus religionis:ut qui consecraret bouem apin:ille diademate foret insignitus:quod cū sit īsigne regum suspitionē fecit regni affectati. De more siquidem:sensus est ita quidem erat mos & ritus uetustæ religionis uel potius superstitionis:ut cum diademate prodiret qui apin consecrabat. sed non pauci id aliter interpretabant: tanquam Titus regnare uellet. Secus aliter: Rhegium:in margine Italiæ situm est oppidum rhegium: cui græci nomen dedere ab argumento dehiscēdi cum in eo loco sicilia ui motus terræ ab Italia fuerit auulsa: unde a uerbo græco ρυγνυμι quod est frango rhegū dictum. auctores Strabo & pli. hinc rhagadia:& rhagades uocantur scissuræ quæ in sede proueniunt:apud Plinium multiiugæ sunt medellæ ad rhagadia. & rhagadas hoc est ani fissuras. Contendit:perrexit. Expeditissimus:sine impedimentis & sarcinis. Velut arguens:refutans atq; conuincens. Rumorum temeritatem:cum sit rumor sine certo auctore dispersus

sexies capta hierosyma

Apis bos

Apis

uitulus cōflatilis

Rhegium

Rhagadia

rhagades

Pro rumoribus cōtra rumores sermo merito temeritatē rumoꝝ dixit: loci sunt cōes apud oratores pro rumoribus & cōtra rumores: tanq̄ his credi nō oporteat: cum temerarii sint & nullo auctore subnixi. Veni ueni: repetitiōe uerbi usus est: ut ostenderet falsidicos illos fuisse & uanidicos: q persuaserant uespasiano titū nō amplius uētuꝝ: sed in oriēte regnum sibi uēdicaturum. Fuit.n.filius patri obediētissimus q apollonio demulcente collum eius robustum: iterrogāsq₃ qs tam ualida ceruice tauꝝ cogeret iugū subire. rñdit: q me uitulū a primordiis educauit: přem uȝ denotās: cui obtēpare paratus sū īqt apud philostratū: q̄ ita me a puero suis p̄ceptis assuefecit.

M.AN. Hierosolymoꝝ: Iudææ urbs est iroparchia nomie dicta lōge ut Pli. ait urbiū oriētis clarissima de eius cōditione & incremētis plura Strabo. Propugnatores: urbis defensores. Natali filiæ suæ: quo accidit ut idumæa sit cognominata. Eusebius auctor est ea expugnatiōe sexcenta iudæoꝝ milia īterfecta. Iosephus undecies centum milia fame & ferro consumpta ac centum captiuoꝝ milia uēdita. Cōsecrando: dedicādo sacrūue faciēdo: de api boue Pli. & Herodotus præter ea quæ a nobis sunt suo loco tradita non pauca ediserūt. Diadema: regiū īsigne. Secus: quasi regiū nomē nō religionē secutus id capiti insigne īduxisset. Regiū: extremū Italiæ oppidū circa fretum siculū. Arguens: refellens: diluens.

De administratiōe principatus cum pře & aliis gestis in ea.

NEq₃ ex eo destitit participem atq₃ tutorem imperii agere. Triumphauit cum patre censuramq₃ gessit una: eidem collega: & in tribunitia potestate: & in septem consulatibus fuit. Receptaq₃ ad se prope omnium officiorum cura quum patris nomine & epistolas ipse dictaret: & edicta conscriberet orationesq₃ in senatu recitaret: etiam quæstoris uice: præfecturam quoq₃ prætorii suscepit: nunquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam. Egitq₃ aliquando inciuilius & uiolentius: siquidem suspectissimum quenq₃ sibi submissis: qui per theatra & castra quasi consensu ad pœnam deposcerent: haud cunctanter oppressit. In his Aulum Cecinnam consularem uirum uocatum ad cœnam: ac uix dū triclionio egressum confodi iussit. Sane urgente discrimine: quū ēt chirographum eius præparatæ apud milites coniurationis deprehēdisset. quibus rebus sicut in posteꝝ securitati satis cauit: ita ad præsens plurimum traxit inuidiæ: ut nō temere quis tam aduersa re magisq₃ inuitis omnibus transierit ad principatum.

agere ptici pem impii PHI. Participē imperii agere: supra dcm̄ est quemadmodū elegās est pide & frequētissima hæc elocutio: ut ita dicamus: agit amicū pricipis: agit publicanum: agit pticipē impii: agit oratorē: p eo qd' est: fungit' offō publicani: sustinet munus participis impii: exhibet se oratorē dixit Cor. Ta. de domitiāo filiū pricipis agebat, dixit idem de mutiāo sociū magis imperii q̄ ministrū agēs. Tutorē: ut una cū pře tutaret' ipiū: Iuuētus senectus simul regnāt Iuuētute aūt una cum senectute regnū gubernāte: q lyra quæ fistula: ut uerissimis inqt: apud philostratū apollonius: iucūdiorē resonabit armoniā: hīc.n. senectus roboris aliqd accipiet: & iuuētus īordiate nō efferet': admonetq₃ titū ut patri simillimus sit. Triūphauit cū pře triūpho.s.iudaico: quo Vespasiāus prior ibat. Titus seqbat'. Cēsuraq₃ gessit una: pli. i.vii. meminit huius cēsuræ: quā duo Vespasiani pr & filius simul gesserūt. Sic.n. inqt accedūt experimēta & exempla recētissimi cēsus: quē itra quadriēniū imperatores Cæsares Vespasiani pater filiusq₃ censores egerūt. In tribūitia potestate: quia imperatores peculiatiter decorabant': hinc Plinius in prohemio Titus imperator natu. histo. titum appellat participem cū patre potestatis tribūitiæ. Recepta ad se officiorum cura: Titus qd' rarenter fieri solet: imperante adhuc patre appellatus est Romæ imperator: ut īquit Apollonius: ex quo exiit illud plinianū ex prohemio nat. histo. sciātq₃ omnes ex æquo tecum uiuat imperium triumphale & cēsorium ius: exeasq₃ consul ac tribunitiæ potestatis particeps. Edicta: imperatoria. Etiam quæstoris uice: Quæstor cādidatus principis eum quæstorem significat qui candidatus principis dicebatur quiq₃ epistolas eius in senatu legebat: ut refert Vlpianus titulo de officio quæstorum. De tali quæstore loquitur Tacitus: cum ait: Oratio pricipis per quæstorem eius audita est. Nisi ab equite romāo administratam: hinc dixit plinius Titum affecisse dignitate ordinem equestrem: dum præfectus prætorio nobilitat illum magistratum a solis equitibus administrari solitū. Verba plinii sunt hæc: & quod his nobilius fecisti dum illud patri pariter & equestri ordini p̄stas: p̄fectus prætorii eius. Erat aūt præfectus prætorio talis apud pricipem: qualis magister equitum apud præfectus prætorio dictatorem: appellari a sentētiis præfecti prætorio non poterat. Suspectissimum quenq₃ oppressit: Sextus Aurelius. nam præfecturam patre imperante adeptus: suspectum quenq₃ & oppositum sibi immissis q per theatra & in castris inuidiosa iactantes: ad pœnam poscerent. quasi criminis conuictos oppressit. Submissis: occulte & furtim immissis quibusdam. absoluta elocutio est per septimum casum. Haud cunctanter: Incōtanter sine conctatione: quod & incontanter dicitur. Aulum cecinnam: Sextus Aurelius causam cecinnæ mortis fuisse memorat suspitionem stuprate beronices: quæ a Tito amabatur. Tranquillus uero sentit confossum fuisse ex suspitione coniurationis: ob inuentum chirographum: quo continebatur præparata apud

milites coniuratio. Vocatum ad cœnam:culpa fit atrocior a loco:cũ dii hospitales & sacra mẽſe hoſpitis ſanguine polluñt.Consimiliter Demetrius poliorcetes.hoc eſt expugnator urbium cognominatus Alexandrũ ad cœnam uocauit eũq; e cœnaculo egredientem multis uulneribus cõfodi imperauit.Legimus apud ſcriptores eccl'iaſticos Symoné uocatũ ad cõuiuiũ fuiſſe ĩterfectũ:una cũ duobus filiis a Ptolemæo conuiuatore. Securitati ſatis cauit:ut ſecurior deiceps foret & tutior. Quis:qſpiá alius. Tá aduerſa re:alii codices hñt aduerſo rũore:utrũq; referẽ ad iugulationé cecinæ & oppſſioné eoꝝ quos ſuſpectos habebat.

Demetrius poliorcetes

M.AN. Principem:principis munus & perſonam ſuſtinens.pli.ad eũdem Titũ:ſciũt omnes q̃ ex æquo tecum uiuat imperiũ. Triumphauit cum patre cenſuramq; geſſit:idem auctor:triumphale & cenſorium ius excaſq; conſul ac tribũitiæ poteſtatis particeps. Etiam quæſtoris uice:nã ut diximus quæſtoꝝ erát publicas in ſenatu lřas recitare. Præfecturam prætorii:plinius in eodem fere loco:& quod his nobilius feciſti:dũ illud patri pariter & equeſtri ordini præſtas præfectus prætorii eius. In ciuilius:parũ ciuiliter quaſi conſenſu ſuo & patris quũ patre inſcio id faceret. Haud cũctanter:ſine mora & cũctatione ulla. Aulum cecinnam:is eſt:qui uitelianarum partium dux primus ad ueſpaſianum defecerat. Vrgente diſcrimine:periculo imminente:quod audacius pœne fuit palam occidere:quũ iam coniurationis conſilia mota eſſent. Eius:cecinnæ. Securitati ſuæ. Cauit:cæde cecinnæ. Quis:alius quiſquam.

De ſuſpitione uirorum conuerſa in laudem ſuam & de gratia & magnificentia eius.

PRæter ſæuitiã ſuſpecta in eo ẽt luxuria erat quod ad mediam noctem comeſationes cum ꝓfuſiſſimo quoq; familiariũ extenderet: nec minus libido propter exoletorũ & ſpadonũ greges: propterq; inſignem reginæ Beronices amorem:cui etiã nuptias pollicitus ferebatur. Suſpecta:& rapacitas quod cõſtabat in concionibus patris nũdinari premiariq; ſolitũ:deniq; pro palã alium Neronem & opinabanẽ:& etiã predicabãt. At illi ea fama pro bono ceſſit: cõuerſaq; eſt in maximas laudes:neq; ullo uitio repto & cõtra uirtutibus ſũmis. Cõuiuia iſtituit iucũda magis q̃ ꝓfuſa:amicos elegit qbus ẽt poſt eũ principes: ut & ſibi & Reipub. neceſſariis acquieuerunt præcipueq; ſunt uſi

PHI. Luxuria ſuſpecta: imodica profuſio in uictu:& prolixior in epulis mora. Comeſationes:ſupra docuimus comeſationem accipi peculiariter a Tranqllo omnem cibum: q poſt cœnã ſumitur:quod plane luxurioſi ẽ: unde & comeſari accipiẽ pro cibum capere iá exacta cœna:ſicut etiam apud Liuiũ nouiſſimo belli macedõici Demetrius iam cœnatus q comeſatum ingr ad fratrem imuſ.Hinc factum eſt ꝙ comeſationes iterdũ accipiunẽ pro intempeſtiuis epulis & extraordinario ac eſculétiore uictu. Et comeſatores dicti:q ídulgent gurgitibus prádioꝝ & uoraginibus cœnaꝝ.Cã nois ante fuit explicata. Nec minus libido. erat i Tito ſuſpecta. Exoletoꝝ & ſpadonũ:hæc ſunt inſtrumenta libidinoſi principis & uenetii:de qbus non pauca antedictum eſt.Romæ fuiſſe exoletos:q paſſiua libidine proſtituerenẽ iſtar proſtitutaꝝ meretricum:teſtis eſt Lampridius:q ſcribit Alexandrũ romanorũ habuiſſe ĩ animo ut exoletos uetaret:quod poſtea philippus fecit:ſed ueritus eſt ne prohibens publicum dedecus in priuatas cupiditates conuerteret:cum homines illicita magis poſcant:prohibitaq; furore perſequanẽ. Beronices amorem:de hac Tacitus:nec minore animo regina beronice iuuabat partes florens ætate famaque & ſeni quoque ueſpaſiano magnificentia munerum grata.Idem alio loco indicat beronicen a Tito adamatam fuiſſe.cum ait: animum Titi iuuenilem non abhorruiſſe a beronice:cuius deſiderio accenſus ferebatur olim ex græcia ĩ iudæam uertiſſe iter.Opinor hanc eſſe illam beronicen Agrippæ ſororem.cuius magna mentio fit apud Ioſephum & Aegeſippum: de qua uulgatus eſt rumor:ꝙ cũ Agrippa fratre coiret.unde ad falſas collocutiones coarguendas polemoni liciæ regi denupſit:quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt.cum beronicen propter nimietatem coitus. polemonem dimiſiſſe prodatur:aliæ beronices celebrantur a clariſſimis conditoribus. Nuptias pollicitus: ob hoc Sextus Aurelius uidetur appellaſſe beronicen Titi uxorem. Nundinari : palam uendere edicta ſententias paternas:hoc enim ſignificat nũdinari:quo uerbo frequenter utiẽ Iulius firmicus: qui in.vi. matheſeos ait:queſtus & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nũdinabit:& ad coitum fratrem iuitabit & filium.Idem in primo:ſylla in ſcurrarũ gremiis per damna nũdinati pudoris adoleuit.Idẽ alibi: nundinati ingr ſanguinis iactura ſe uendent.Apuleius quoq; in hác ſignificationé ait:totiẽ nũc iudices ſententias ſuas ꝑcio nũdinanẽ.Igiẽ Titus dictus eſt nundinari in cõcionibus patris: quoniam quotienſcunq; pater concionabaẽ:tunc ipſe palam uenditabat quæcunq; cuicunq; collibuiſſent:nec ad nundinas unde uerbum deduci uideẽ eſt referendũ:cũ nundinari non ſolũ ſignificet in nũdinis uendere atq; mercari:ſed quocũq; loco & tempore inſtar nundinarũ uenditate:quod & Cicero in tertia antoniana demonſtrat:cũ ait. At uero huius domi inter ciues illius appendebaẽ aurũ:numerabaẽ pecũia una in domo:omnes quorũ iter erat totũ imperium Romanum nundinabanẽ.Ab eodem nundinæ flagitioſiſſimæ imunitatum oppidorũ uectigalium dictæ:pro turpiſſimis uenditionibus:quæ fiebant in.M.Antõii domo ceu in officina:flagitioꝝ.

Comeſationes

Comeſari

Comeſatores

Berõices

nimietas coitus in beronice

nundinari

nũdinatus pudor

Præmiari:lucrari. Alium Neronũ a similitudine morũ:Sextus Aurelius rapinaꝶ cupidũ:unde Neroné cũcti uocátes opinátesq; súmá reꝶ nactum grauiter acceperát. Pro bono cessit:Sextus Aurelius: sed hæc in melius cõuersa imortalé ei gloriá cõtulere. Et cõtra uirtutibus summis:cũ ecõtrario reptæ in Tito eent uirtutes eximiæ. Iucũda magis quá profusa:sicut conuiualis ꝓfusio rephédi solet:ita iucũditas comitasq; laudari:in cõuiuio debent esse belli conuiuæ:scitus conuiuator:tps lectum:apparatus nõ neglectus. Post eum principes:ex hoc laudat Titi solertia utpote principis circũspectissimi:q tales amicos eligebat:ut successuri principes eisdem uterent:tanq̃ meliores utiliores ue reperire nõ possent. Sumptam sibi: corrige: sunt usi:& hic distinguédum ut cũ snía superiore coniugas:tanquá sit sensus:principes post Titum usi sunt præcipua opera illorum:quos Titus amicos elegit:sic enim elegantior nitidiorq; textura est & distinctio: quam si iunctim legas præcipueq; sumptam sibi beronicen:indecora nimirum & perinde insulsa elocutio. Quocirca ita legito.præcipueq; sunt usi:ut ibi facta distinctione & quasi pausa subsequatur.

quæ conuenıant cõuiuio

M. AN. Suspecta:male opinantibus obnoxia. Luxuria:epularum crapula:& nimiæ potationes. Libido:suspecta fuit repete. Beronices:fuit hæc Aristoboli prius:mox Antipatri uxor.cuius Iosephus sæpe meminit. Nundinari: quæstus causa nundinas celebrare:erant nundinæ dies:quibus mercandi cá rustici romam conueniebant:ut sit sensus solitum Titum uendere atq; emere nõ pauca ex occasione quum patre censore uulgus ex agris in urbem conueniret:ipseq; illius actiones sordidæ negociationi accõmodaret: aut nundinari nũdinas indicere pactus.s.cũ iis quorũ interesset pecuniá:ut ex illorũ cõmodo nundinæ indicerent atq; ob id forte ꝑmiari subtũxit. Cicero nundinationé protulit:quá in oíbus ait locis nũdinationem iuris & fortunaꝶ fore putatis. Aliũ Neroné:saltandi cantádiq; studio & libidine. Pro bono cessit: bñ uertit. Sũmis uirtutibus:repertis. Quibus:uiris. Post eũ.Titum. Principes:q secuti sunt. Necessariis:utilibus. Acquieuerunt:ob sapientissima consilia multum tribuerũt ac quodá mõ in cunctis obsecuti sunt.

Beronicé statim ab urbe dimisit inuitus inuitá. Quosdam e grauissimis delicatorũ: q̃q̃ tam artifices saltationis ut mox scænã tenuerint:nõ modo fouere prolixius: sed spectare in publico omni cœtu supersedit. Nulli ciuiũ quicquam ademit:abstinuit alieno:ut siquis unquá ac ne concessas quidé ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante munificétia maior amphiteatro dedicato thermisq; iuxta celeriter extructis munus edidit apparatissimũ largissimumq; dedit & nauale prœliũ in ueteri naumachia:ibidem & gladiatores:atq; uno die quinq; milia omne genus ferarum.

De liberalitate & ciuilibus gestis.



Natura át beniuolétissimus:quũ ex istituto Tiberii oés dehic Cæsares beneficia supioribus ɔcessa pri

PHI. Beronicen statim ab urbe dimisit: regia profecto res est seipsum uincere: & ille cum primis admirabilis: ut inquit Seneca:qui sibi imperat: qui se habet in potestate cum facilius sit gentes barbaras uincere q̃ aium suũ continere. Dixit Plato & repetit Platonicus Apuleius animanti sanitaté adesse & uires & pulchritudinem:cũ rationabilis aíæ portio ueluti dña reginaq; dominat sibiq; subiicit cupiditates: quas ancillari ac obedienter obsequi decet rationi imperatrici. Valentinus imperator die fati sui dixit se una tñ uictoria gloriari:requisitius qua rñditq; inimicorũ nequissimũ deuinci carné meá. alexander magnus existimabat nõ minus regiũ opus esse seipsum domare q̃ hostes:uñ Pli.alexádrum magnũ nõ minoré illo ꝑclaro facto qñ appelli dono dedit dilectá cõcubiná fuisse autumat: q̃ uictoria aliq̃: qppe tunc se uicit nec thoꝶ tñ suũ.sed ét affectũ donauit artifici. Consimiliter Titus cum prius ardéter beronicen deperisset:postq̃ factus est imperator domitis affectibus eá remisit in patriá:táquá aliũ mores decuissent adhuc priuatũ.alii principi iam facto cõuenirent:hinc ait Sextus Aure.deniq; ut subiit pondus regiũ beronicen nuptias suas sperátẽ regredi domũ:& enaruatorũ greges abire ꝑcepit: quo facto q̃si signũ ꝓtulit mutatæ intéperantiæ. Tam artifices saltationis:tam peritos:scientesq; artis saltatoriæ. Vt mox scenam tenuerít:hoc specimé est haud dubiũ illos fuisse saltatiõis & artis ludicræ scios:cũ nullus in scæna histrioniá exerceat nisi optime calleat saltationem & gesticulationé. In publico oí cœtu: emendatius leges oi(o)qua omni:ut sit sensus. Titus cessauit pœnitus in publico cœtu spectare saltatores:quos gratissimos habebat:tanquam id genus homines in priuato magis q̃ in publico spectari a priucipe cõueniat. Supsedit:cessauit omisit. Vt si quis unq̃:subintellige abstinuit. Collatiões:tributa ítelligit:quæ cõferri ex more solebant:unde a cõferédo collatiões dictæ:laudat traianũ Plinius páegyrista:q collatiões remiserit.exigiq; uetuerit. Nemine mũficétia minor:cõparádus liberalitate & regia munificentia erat omnibus antecessoribus cũ nullo foret iferior. Vñ fit ut ex hac uel sola uirtute sit extollédus celebrádusq; amplissimo præconio cum nulla ferme res:tam fauorabilem tanq; amabilem & laude dignum principem faciat.quam munificentia:quæ immortalitati consecrauit Alexandrum magnum:qui aliquando interrogatus ubi thesauros haberet apud amicos respondisse fertur tanquá fidelius pecuniæ deponant apud amicos q̃ in loculis recõdant. Ita tu quoq; inclite Annibal facito:ut thesauri tui sint apud amicos:qui munificentia fidissimi: de-

uincere se ipsum

laus alexandri magni

laus liberalitatis dictũ alexãdri

uotissimiq; cōparanť. Amphitheatro dedicato:Eusebius chronographus Titus inquit amphitheatrū ro- monitio sa
mæ ædificat & īdicatiōe eius quinq; milia ferarū occidit.idē tradit eutropius.Cōspicabilis adhuc ē īter cæ lubris
tera mirāda moles amphitheatrí:qd opus nullæ priuatæ opes efficere possent. Celeriter extructis: pp hāc
in extruēdo celeritatē uť dixisse epigrāmatarius poeta.hic ubi miramur uelocia mūera thermas. Munus
apparatissimū:spectaculū gladiatoriū cū maxío apparatu. Ibidē:in naumachia. Omne genus:oís generis oē genus
locutio frequēs ē & elegās omne genus:& id genus ꝓ oís generis & huiusce generis. Quū ex instituto Ty id genus
berii:hūc sensum sub obscurū apertioribus uerbis explicat.Sextus aurelius:cū sic ait dehinc donata cōces
sa ue a prioribus pricipibus firmare insequētes solerēt:simul ut īperiū cœpit talia possidētibus edicto spon
te cauit uel cōcessit:instituerat enī Tyberius ut dōata cōcessaue beneficia a supioribus principibus rata nō
essent:nisi insequentes eadem confirmassent:nouo quodā quasi beneficio iterum concessissent.Titus uero
noluit uideri taliū ipse beneficiorum exhibitor:nec talia a se peti amplius uoluit:sed edicto promulgato il
la omnia confirmauit quæ fuerant iam pridem a suis concessa antecessoribus.

M.AN. Inuitus:Titus. Inuitam:Beronicē. Tā artifices:adeo docti ac periti. Scænā tenuerint: publi
ce operā in scæna nauauerint:aut pricipes sui ordinis fuerít. Publico ī cœtu:frequētissimo cōuentu : aut
certe publico spectaculo. Vt si qs:nō mīus q̄ quis īpatoꝝ alius. Nemine mior : cui uis prioꝝ pricipū aut
par munificētia:aut certe maior. Amphitheatro dedicato:Augustus id opus destinauit.uespasianus extru
xit:Titus dedicauit.Amplitudo operis quum magna adhuc ex parte duret notior omnino est : q̄ pluribus
explicari uerbis oporteat. Thermis quæ iuxta:amphitheatrū.s.de his Mar. Hic ubi miramur uelocia mu
nera thermas. Munus:gladiatorium. Vno die:quo gladiatores edidit. Quinq; milia ferarum: uenatio
nem ergo uariam:ac pluribus missibus q̄ unquam antea ullā fuisse oportet. Ex instituto Tyberii:is enim
Cæsaris dictatoris & Augusti beneficia irrita labere cœpit.

cipibus aliter non haberēt quā si eadē iīsdē & ipsi dedissent primus præterea oīa uno confirmauit edicto : nec a se petí passus est. In cæteris uero desideriis aīum hoīum obstinatissime tenuit:ne quē sine spe dimitteret:quin & admonētibus domesticis quasi plura polliceretť quā præstare posset: Nō oportere ait quēquā a sermone principis tristem discedere atq; etiā recordatus quōdā sup cœnā qđ nihil cuiq̄ toto die præstitisset:memorabilē illā meritoq; laudandā uocem edidit. Amici diē perdidi:Populū in primis uniuersum tāta p oēs occasiōes cōitate tractauit:ut ꝓposito gladiatorio munere nō ad suū sed ad spectantiū arbitriū editurū se ꝓfessus sit. Et plane ita fecit nā neq; negauit quicquā petentibus:& ut quæ uellēt peterēt ultro adhortatus est quin & studiū armaturæ thracū præ se ferens:sæpe cum populo & uoce & gestu ut fautor:cauillatus est. Verū maiestate salua nec minus æquitate:ne quid popularitatis ꝑtermitteret nonnunq̄ in thermis admissa plebe lauit. Quędam sub eō fortuita ac tristia acciderunt:ut cōflagratio Veseui mōtis in campāia:

PHI. Non oportere quemq̄: uerbū profecto bracteatū & pricipe dignū : quo Titus formulā præscripsit:quam sequi deberent principes:ut nullū a collogo suo tristem mœstūq; abire permitterent. Super cœnam: dū cœnaret. Amici diem perdidi sextus Aurelius quadā etiā die recordāť uesperi nihil se cui q̄ præstitisse: uenerando cœlestiq; dicto:amici ait ꝑdidimus diē. Caueant itaq; principes ne perdant amici diē. sed quotidie nouis beneficiis nouos sibi amicos concilient : quoniā ut inqt sciēter salustianus sylla apud iugurthā. nulli unquam hominū satis fuit amicoꝝ:scipio æmilianus:cuius uestigia in hoc imitatus uidetur Titus ex præcepto polybii:studebat non prius e foro discedere:q̄ aliquē ex adeūtibus familiarem sibi atq; amicū quouis pacto effecisset: uox hæc Titi præconio eruditorum celebrata:est adeo:ut eiusdē Eusebius chronographus meminerit & Eutropius:ex cuius uerbis illud amici erit uocatiui casus:& pluraliter enunciandū:tanquā sit sensus.o amici ego perdidi diem nihil beneficii cuiquā præstando.perinde ac dies omnis perdať:quo nulla utimur beneficentia:uerba eutropii hæc sūt. præterea cum quadam die in cœna recordatus fuisset non ulli illa die se qcquā ꝑstitisse.Dixerit amicis: hodie diem perdidi:alii uero ita legunt:ut amici sit casus patrius idest genitiuus:tanq̄ dicere uoluerit Titus se ꝑdidisse diem amici:hoc est nouæ amicitiæ cōciliandæ. Tu quoq; īclyte Annibal nullū diem ꝑdas quo nō tibi aut ope aut opibus amicū facias:quoꝝ nulli unq̄ fuit satis:qua suppellectile nulla ꝑciosior suppellex parari potest. Comitate:facillitate benignitate suauitate. Mūere:spectaculo. Armaturæ thracum præ se ferēs.i. cum aperte ostenderet se fautorem esse illius gladiatoriæ factionis:quæ armatura threcidica armabať:erāt enim sicut ante dictum est:quidam gladiatores thraces nūcupati ab armatura thraciæ gentis:sicut myrmilones genere armaturæ gallico ornati degladiabanť. Cauillatus est:cauillatiōe & derisione prosecutus ē. Plato cauillatricem uocat adulationem legalis partis ciuilitatis. Verum maiestate salua:decet quidem iterdum principem cauillari illudere & salibus uti:ita tamen ut maiestatis īperatoriæ habeat rōnem : & seruet

Amici diē perdidi

Nulli satis amicorum mos æmiliani

Vtilis monitio

Suppellex amicorum optima

Thraces gladiatores

Cauillatrix

decoꝝ:qđ in oi uitæ actiõe seruádũ philosophi pceperũt. Nec minus æqtate: sensus ẽ q̃uis Titus fauere uideret & studere his gladiatoribus:q thraces dñr:tñ æquus erat iudex & ex æqtate palmá dabat uictori.

Admissa plebe: nihil potuit a Tito fieri magis populare magisq; plausibile:quá ĩ thermis suis palá lauare una cũ plebeis atq; plebecula : citra omne discrimẽ dignitatis:ex quo nõ solũ thermas:sed princip̃e quoq; publicaŕ uidebaŕ.

Conflagratio uesuui

Vt cõflagratio uesuui mõtis:huius cõflagratiõis:quæ ĩ ueseuo cápaĩæ mõte facta ẽ prici pe Tito meminerũt Sextus Aurelius:orosius & eusebius:ẽ aũt ueseuus siue uesuuius siue uesbius : tot enim modis diciŕ:mõs cápaniæ iuxta sarnũ fluuiũ améissimis olim habitatus agris excepto uertice.q ut ait Strabo in quĩto cinerosus ẽ & cauernosus petris exustis.quas color indicat igni abrosas fuisse : ex quo cõiectát eruditi regionẽ illá prioribus sæculis ardere solitá & ignis habere crateras:uideŕ Papinius in quinto siluaꝝ significare uoluisse hanc uesuuii cõflagrationẽ:quæ Titi tẽporibus facta est:sic enim de patre scribens ait, Iamq; & flere pio uesuina incendia cantu.mens erat:& gemitum patris impenderet annis.

M. AN. Eisdẽ:in quos collata eẽnt Idem:ipsi q tũ ĩperiũ tenerẽt. A se peti:ut ea cõfirmarẽtur. Desideriis:oĩbus quæ desiderarenŕ. Laudandá uocẽ:Scipiõis eá fuisse ait Cicero. Arbitrium : uoluntatem.

Thracũ gladiaturá exercẽtiũ. Fautor:ut unus ex fautoribus. Cauillatus est: tempestiuo cauillio studiũ dissimulauit suũ. Thermis:quas celeriter construxerat. Vesuuii montis:uesuuii cõflagratiõe.Plinius iunior ad Tacitum Corneliũ scribens longiore explicat epistola. Martialis quoque eleganti est epigrámate id incendiũ secutus.Papinius:iamq; & flere pro uesuuia incẽdia cãtu,mens erat quũ pater exemptũ terris ad sydera montẽ sustulit:& late miseras deiecit in urbes.sic quoq; Eusebius uesuuii incẽdio proximæ regiones & oppida uastata sunt:est is mons cápaniæ uel ob eá cladẽ celebratissimus.

& incendium Romæ per triduũ totidemq; noctes. Item pestilentia quãta nõ temere alias:in his tot aduersis ac talibus non modo principis solicitudinẽ:sed parentis affictum unicũ præstitit nunc consolando per edicta : nunc opitulando quatenus suppeteret facultas. Curatores restituendæ cápaniæ e consulariũ numero sorte duxit:bona oppressorum in ueseuo:quorũ hæredes non extabant restitutioni afflictarum ciuitatũ attribuit. Vrbis incendio nihil nisi sibi periisse testatus est publice:cuncta prætoriorum suorũ ornamenta operibus ac templis destinauit:præposuit complures ex equestri ordine:quo quæque maturius peragerentur. Medendæ ualitudini leniẽdisq; moribus nullam diuinam humanamq; opem nõ adhibuit: inquisito omnium sacrificiorum remediumq; genere:Inter aduersa temporum & delatores mandatoresque erant ex licentia ueteri: hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos:ac nouissime traductos per amphiteatri arenam partim subiici in seruos ac uenire imperauit:partim in asperrima insularum aduehi: utq; etiam similia quandoq; ausuros ppetuo coerceret. Vetuit iter cætera

Incendium

.PHI. Incendium Romæ : de hoc sextus Aurelius incendium Romæ sine nocturna requie per triduũ fuit. hoc incẽdio plurias ædes publicasse fuisse cũ crematas mẽorat orosius. Pestilentia

Lues

tãta:de hac Eusebius sic: lues ingens Romæ facta.Ita ut p multos dies ĩ ephemeridẽ decẽ milia ferme mortuoꝝ hoium referrentur.

Opitulus Iuppiter

Nũc opitulãdo:auxiliando opẽq; ferẽdo:antiq Iouẽ cognomento opitulũ uouerũt ab eo:q opẽ indigẽtibus ferat:auctor Augustinus in.vii.de ciuitate dei.

Quatenus suppeteret facultas: in quãtũ p facultatibus succurrere posset. Restituẽdæ cápaniæ: illo uesuino incẽdio regiões uicinas & urbes cum hoibus exustas eẽ testes sunt Eusebius & Orosius unde a papinio dictũ ẽ in epicedio patris:exere semirutos subito de puluere uultus parthenope.Cinereq; afflato mõte sepultá pone super tumulos:& magni funus alũni. Afflictarũ ciuitatum: modo diximus incendia uesuina urbes cum hominibus afflixisse deleuisseque. Vrbis incendio : explicauit remedia a Tito adhibita ad leuandam cladem conflagrationis uesuinæ nunc exequitur remedia : quibus romanis opitulatus est afflictis illo incendio:quod triduum ternoctiumq; uexauerat Romam.

Prætorie

Prætoriorum:uillarũ elegantiorum uillaticarumq; substructionum excultarum.de prætoris non pauca in superioribus. Operibus ac templis destinauit : Titus ut ageret optimum principem : sustulit ornamenta ex uillis suis atq; prætoris:& ea transtulit ad ornatum templorum & operum publicorum : quæ Romæ conflagrauerant:quæ autem sint ornamenta prætoriorum indicat Plinius scribens in.xxxvi. reliquias apparatus theatralis a Mar.scauro transportatas fuisse in tusculanam uillam ornatus causa : inter quæ ornamenta tabulas pictas:signa ærea:& uestem aulicam numerat. Quoq; quæq; maturius:ut singula quæque citius absoluerentur. Medendæ ualitudini: hoc ad pestilentiam referendum est : cui cunctis remediorum generibus.subuenit:nunc egrotantes per semet ipsum reficiens nunc consolans suorum mortibus afflictos. Nullam non opem : omne genus remediorum. Sacrificiorum: hoc ad diuinam opem refertur,sicut remediorum ad humanam.

mádatores

Mandatores : hic mandatores significantur occulti delatorum in-

pulſores ſubornatores ue:q nō ipſi accuſant:ſed aliis mādāt accuſationes:qđ genus hoīum cū pniciofiſſimū ſit:in bñ īſtituta ciuitate nequaq̄ eſt retinēdū:talē fuiſſe æmilianū īdicat Apuleius in apologia:q p tam nonīū pudētē accuſabat ipm Apuleiū:& ita alius erat ex pfeſſo auctor accuſatiōis:alius mādator & machinator ex occulto. Ex licētia ueteri:impūitas peccādi parit multitudinē peccantiū:cū ex licentia mortales fiant in dies deteriores. Hos:tā delatores q̄ mādatores. Flagellis ac fuſtibus:flagellatōe & fuſtuario ſupplicio. Traductos:ueluti p ignominiā: hoc.n.ſignificat traducere qđ græci dicūt.παραδειγματίσαι unū in euāgelio ſcriptū eſt:& nolēs eam traducere uoluit occulte eā admittere:ubi expoſuit īterpres non īſulſe: ppalare & īfamare. Papinius ī ſūma nēpe ego ſum q traducor:& a martiale dcm̄ rideris multoq magis traduceris afer. Seneca quoq in hoc ſignificatu ſic ingt in.xvii.epiſtolaꝝ:uolo luxuriā obiurgari libidinē traduci. Per amphiteatri arenā:ob hoc dixiſſe uidet̃ epigrāmaticus poeta:nec cœpit arēa nocētes & delator habet qđ dabat exiliū. Ac uenire:uendi tanq̄ ſeruicia mancipiaq uēalia. In aſperimas Iſulas aſportari: eſt inter genera pœnarum ſicut ante dictum eſt:in inſulam deportatio:quæ ab Amiano inſularis pœna dicit̃: Plinius in panegyrico laudat traianum:q idem factitauerit:q delatores pūierit:quorum turba īſulas compleuit:quorum ſupina ora retortaſq ceruices ſpectauere romani:cum uelut piaculares uectime ad ſupplicia ducerentur. Similia:delationes & mandationes ſimiles.

M.AN. Suppeteret:abūde ſufficeret. Reſtituēdæ cāpaniæ:ueſuitia clade affectæ. Papi. Proceꝝ tibi nobile uulgus Creſcit & īſani ſolat̃ dāna ueſeui. Afflictaꝝ:eo incēdio. Vrbis īcendio.eius cladis urbanæ. Idē Euſebius eſt auctor. Ornamēta:colūnas:ſtatuas:tabolas:& alia hmōi ad domoꝝ ornatū attinentia. Prætorioꝝ:campeſtriū ædificioꝝ. Suaꝝ opibus & templis:quæ in urbe cōflagrarāt. Nullā non:oēm. Per amphiteatri arenā:Mar. Turba grauis paci glacidæq inimica qeti. Quæ ſemp miſeras ſollicitabat opes tradita getulis:nec cœpit arena nocentes. Et delator habet qđ dabat exiliū. Similia:delationes & calumnias.

dē eadem re pluribus legibus agi:quærīue de cuiuſq defunctorum ſtatu ultra certos annos.

De clæmentia & manſuetudine eius.

POntificatū maximū ideo ſe profeſſus accipe:ut puras ſeruaret māus:fidē pſtitit:nec auctor poſt hac cuiuſq necis nec conſcius:q̄uis interdum ulciſcendi cauſa non deeſſet:ſed perituꝝ ſe potius q̄ punituꝝ adiurans:duos patricii generis conuictos in affectatione impii nihil amplius q̄ ut deſiſterent monuit: dicens principatum fato dari:ſi quod pterea deſiderarent pmittens ſe tributuꝝ: & confeſtim qdem ad alterius matrem: quæ procul aberat curſores ſuos miſit:qui anxie filiū ſaluum nunciarent. Cæterum ipſos nō ſolū familiari cœne adhibuit:ſed & in ſequēti die gladiatoꝝ ſpectaculo circa ſe ex induſtria collatis oblata ſibi ornamenta pugnantiū inſpicienda porrexit. Dicitur et cognita utriuſq gēitura imminere ambobus piculum affirmaſſe:uenturum quoq & ab alio ſicut euenit. Fratrē inſidiari ſibi nō deſinentē. ſed pœne ex profeſſo ſolicitantē exercitus meditātē fugā:nec occidere neq ſe ponere:ac ne ī minore qdē honore hēre ſuſtinuit ſed ut a prio ipii die cōſortē

PHI. De eadē re pluribus legibus agi:multa ſūt īuenta legū diuerticl'a & uafriciæ:ut ſi actionē ītendero aduerſario ſecundū formulā legis aliq̄ ille abſoluat̃: tūc alterius legiſ actionē mihi cōpetef dicā ut ita īfœlix reus diu uexet̃ ad hæc uaframēta calumniaſq tollēdas noluit titus ut de eadē re actio fieret pluribus legibus:ſed una tantum lege cōpeteret:apud iuriſcōſultos hoc freq̄nter īuenies:q in re una actiones plures dant̃ ex uariis legibꝰ. hoc fieri uetuit titus:q etiam phibuit īngri de ſtatu alicuius defuncti ultra certos annos:quos ipſe præſcripſit:cum ſæpe exoriant̃ calūniæ:ex queſtiōe:quo nā ſtatu fuiſſet ille q defunctus eſt.nā ſtatuſ mutata cōditio plerūq in mutat hæreditatē. Puras manus:puras a ſanguīe.ſ.romanoꝝ & cæde:talis.n.pōtifex eē debet Eutropius tantæ ciuilitatis in īpio fuit ut nullū oīno pūiret. M.Ant. petiit ne qs ſenator tpe principatus ſui occideret̃:ne eius polueret̃ īpiū.

Poſt hac:poſt acceptū pontificatū. Conuictos in affectatiōe impii:hāc hiſtoriā .vi. Aurelius explicat his uerbis.climentiā uero uſq eo perduxit:ut ampliſſimi ordis duo cū aduerſum cū cōiuraſſent:neq abnuere cogitatū ſcelus gerēt:monuerit prio:poſt deductos īſpectaculū circa ſe utrinq aſſidere iuſſerit: petitoq ex induſtria mirmilonū:quoꝝ pugnæ uiſebant̃:gladio qſi ad explorādā aciem uni atq alteri cōmiſſerit:qbus pculſis & cōſtātiā mirātibus diceret:uidetis:ne ptātes fato dari:fruſtraq tentari facius potiūdi ſpe uel amittendi metu. Deſiſterēt:ceſſarēt affectatiōe īpii. Dicēs pricipatum fato dari:neuius poeta dixit metellos fato romæ cōſoles fieri:& Homerus a ioue reges eē cecinit.unde cū pricipatus det̃ diuinitus:non minus uere q̄ ſcite dcm̄ eſt a. Mar. Antonio:ſucceſſorem ſuū nullus occidit. Conſtantinus dicere ſolebat iperatorem eſſe fortunæ eſt. Attende quæſo qđ ſcribat Iulius Firmicus de fato imperatoris: ſic enim inquit in ſecundo matheſeos.imperator ſtellarum non ſubiacet curſibus:& ſolus eſt:in cuius fato ſtellæ decernendi non

Traducere

Diuerticula legum

ptātes fato dari

Impatorē eē fortunæ eſt

De fato imperatoris

habent potestatem:cum enim fuerit totius orbis Dominus.Fatum eius 'dei summi iudicio gubernatur.

Alterius:unus de duobus quos conuicerat aduersus se ipsum coniurasse. Anxie:sollicitæ matri de euẽtu filii in coniuratione conuicti. Ex industria:ex composito. Ornamenta:expone gladios Myrmillonicos:sicut sexti aurelii uerba dudum relata testantur. Inspicienda:ut inquit Aurelius quasi ad explorandã aciem uni atq; alteri commisssit. Genitura:natiuitate. Ab alio:quidam codices habent ab altero tanquã dixerit Titus ambobus illis patriciis de coniuratione conuictis periculum euẽturum:quod alter alteri moliretur:uel ab alio dixit:quod elegantius est ut significaret se nullo tempore insidiaturum uitæ illorum.sed alium quendam utrũq; perditurũ:sicut euenit. Fratrem insidiari:sextus Aurelius. Fratrem quoq;:Domitianum parantem insidias militumq; animos sollicitantem flens sæpius obtestatus est:ne parricidio assequi

Seponere cuperet:quod & se uolente esset obuenturum ei:& iam haberet cum esset particeps potestatis. Poene: quasi. Ex professo:ex aperto citra dissimulationem. Neq; se ponere:sequestrare ablegare amãdare: sicut Augustus olim agrippam se posuit surrentũ ob uecors ingeniũ. Cõsortẽ:pticipẽ iperatoriæ ptãtis.

M.AN. Pluribus legibus:ne miseris ciuibus fraus necti posset falsa legum interpretatione. Quæri : uetuit.s. Vltra certos annos:post certum tpis spacium:quod ipse suo arbitrio statuisset. Puras:ab oĩ cæde: Qui.non bñ cælestes impia dextra colit. In affectõe: studio cupiditate occupãdi impii. Suos pprios: Titi dico. Anxie:sollicite istar gladiatorum:quæ in illorum manibus iure poterant sibi esse suspecta.

successorẽq; testari pseuerauit,nonnunquã secreto lachrymis & præcibus orãs ut tandẽ mutuo erga se aĩo uellet esse.

De morte eius & gestis tunc per eum.



Inter hæc morte præuẽtus ẽ maiore hoĩum dãno quã suo spectaculis absolutis i quorũ fine populo corã ubertim fleuerat.sabinos petit aliquãto tristior quod sacrificãti hostia aufugerat:quodq; tẽpestate serẽa tonuerat.Deĩde primã statim ad mãsionẽ febrẽ nactus quũ inde lectica trãsferetur.suspexisse dicitur dimotis plagulis cœlũ multũq; cõquestus eripi.sibi uitã imerenti:neq; enim extare ullũ suũ factũ pœnitendum excepto dũtaxat uno: id quale fuerit neq; ipse tunc pdidit:neq; cuiq̃ facile succurrit. Quidã opinantẽ consuetudinẽ recordatũ quã cum fratris uxore habuerit:sed nullã habuisse persancte Domitia iurabat:haud negatura siquã oĩno fuisset : immo ẽt gloriatura: qđ illi promptissimum erat in omnibus probris.

De loco & tẽpore mortis eius & laudibus senatus.

Excessit in eadẽ q̃ pater uilla idibus septẽbris post biẽniũ & mẽses duos diesq;.xx.q̃ successerat altero & q̃dragesimo ætatis anno.Quod ut palã factũ ẽ nõ secus atq; in domestico luctu mœrẽtibus publice cũctis

Vtriusq; : cõiuratorum. Affirmasse:titum. Venturum:periculum. Ab alio: qui eos omnino perderet. Fratrẽ:Domitiãum. Ex professo:aperte: nulla dissimulatione. Meditãtem:fugam ex urbe effugere parantem:ut ad exercitus:aut alio ad res nouas proficisceretur. Se ponere:perpetuo relegare.

PHI. Mutuo animo:fraterno : & in amore mutuiter respondente. Morte præuentus est:obseruaui diligenter apud philostratum de morte titi aliter tradi : quam memoret Tranquillus & reliq prodiderint:is enim scribit in sexto de uita Apollonii Titum ab apollonio admonitum : ut ab his sibi caueret : qui essent propinquissimi necatumq; esse eum memorat a Domitiano ueneno leporis marini propinato:quo Neronem quoq; tradunt multos in conuiuiis sustulisse.est enim lepus marinus uenenum aliis in potu aut in cibo datus.aliis etiam uisus:si quidem grauidæ si aspexerint leporem marinũ nauseant ac deĩde abhortũ faciũt. Quã suo : mors bonis principis publica iactura est. Vbertim abundãter & large. Sacrificanti hostia aufugerat:dirum omen hoc ueteres esse arbitrabantur : quotiens hostia traheret se ab aris & aufugeret hinc a Lucano inter prodigia pharsalicæ cladis hoc quoq; positum admotus superis discussa fugit ab ara taurus:liuius quoque ait factum esse omen cladis futuræ flaminio consuli: cui immolanti uitulus ictus e manibus sacrificãtium sese proripuit multosque circunstantes cruore respersit. Tempestate serena: hoc alii pro læto fœlicique auspicio obseruauerũt:sicut indicat illud ennianum:cum tonuit leuum bene tempestata serena:unde ut ait Cicero quædam nobis uidentur

Dirum si hostia aufugit

Tonitru serena tempestate

aduersa:quæ græcis & barbaris bona existimanť.cum alii aliter obseruent signa:sereno autẽ cœlo aliquando tonare refert Seneca in primo questionum:qa inqt infirmus spũs:q in flamma non ualuit in sono ualuit.Serena aũt scite addidit:qa tempestas est μεσον hoc est medium uocabulũ.Itidem Virgilius:unde hæc tam clara repẽte tempestas?Pli.uero in.xviii.debemus inqt meminisse duo esse genera cælestis iniuriæ : unũ quod tempestates uocamus:in qbus grandines procellæ cæteraq; similia intelliguntur: quæ cum acciderint uis maior appelleť.hæc ab orridis syderibus exeunt ueluti arcturo orione & hedis. Primam ad mãsionẽ: Plinius nauigationem ex ægypto diuidit per dispositas mansiones:in qbus mansitare possint cõmode uiatores. Cum inde lectica:ex prima mansione. Suspexisse:sursum cœlũ aspectasse. Dimotis palulis: sublatis uestimentis qbus lectica erat opta:nãq; a pala ὑποκοριστικῶς.i.diminutiue fit palula:quod si legas plagulis:sensus erit apertior.tanq̃ plagulas:idest linteola & stragulam uestẽ lecticariã dimouerit Titus : ut cœlũ suspicere posse:iurisconsulti iter uestimẽta muliebria numerant plagulas. Pœnitendũ: reprehensibile:cuius pœnitudine afficereť.Gloriať Apuleius nullũ suũ factum uel dictum extare:de quo disserere publice non possit.M.portius Cato triũ reꝝ pœnitẽtiã agere se dicebat primũ si mulieri quicq̃ archanum aliquãdo credidisset.Secũdum si aliquo naui transmisisset:quo itinere terræstri sibi proficisci licuisset.Tertiũ si qua dies sibi per icuriam inanis effluxisset:rex regum sapor in epistola ad Constantiũ imperatorem gloriabũdus sic scribit:ab adolescentia prima nihil unq̃ pœnitendum admisit. Prodidit:demonstrauit:ostendit. Succurrit:in mentũ uenit. Cũ fratris uxore:cũ Domitiani uxore noĩe Domitia. Consuetudinẽ.ad stuprũ adulteriũq; referť. Per sancte:religiose asseuerateq; aduerbium est. Si qua cõsuetudo.s. adulterii.

tẽpestates

mansiones

plagulæ

triũ rerum pœnitẽtia in catone

Illi:domitiæ. In oĩbus probris:stupris & flagitiis.nam ut inqt eleganter satyricus poeta:famam contempserat olim.Cuius apud molles minima est iactura cathedras. Excessit:periit. Altero & quadragesimo.s. quadragesimo secundo. Non secus atq;:idest non aliter quam in domestico lutu. Mœrentibus publice cunctis: sextus Aurelius:uixit annis quadraginta duobus:& in eodem quo pater apud sabinos agro febre interiit:huius mors credi uix potest:quantum luctus urbi prouinciisq; itulerit:adeo ut eum delitias publicas appellantes:quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent.

Mors titi

M.AN. In fine quoꝝ:spectaculoꝝ. Vbertim:abũde multis lachrymis. Sacrificanti:sibi. Serena tempestate:sereno cœlo. Ad primam mansionẽ:ubi primo pnoctauit. Dimotis palulis:sic omnes quos uidi habent codices:sed plagulis melius ueriusq; legeť:plaga linteum thorale:seu lecticarium dicebatur.uñ plagula est. Pœnitendum:cuius se merito pœniteret. Prodidit:palam fecit. Vxore: Domitia lõgina. Illi: Domitiæ. Probriis:flagitiis. Altero & quadragesimo:duos & quadraginta natus annos.

Senatus priusquam edicto conuocaretur. ad curiam concurrit.obseratisq; adhuc foribus. deinde apertis tantas mortuo gratias egit laudesque. quantas congessit nec uiuo quidem unquam atque præsenti.

PHI. Senatus:ad curiam concurrit:de nocte.s.cũ circa uesperam nũciatus fuisse obitus Titi. Obseratis adhuc foribus: clausa curiæ ianua. Quantas cõgessit:idẽ Eutropius hisdem uerbis memorat:sic.n.ait:tantus luctus eo mortuo publicus fuit:ut oẽs tanq̃ in ppria doluerint orbitate:senatus obitu ipsius circa uesperam nunciato nocte irrupit in curiã:& tantas ei laudes gratiasq; cõgessit.q̃tas nec uiuo unq̃ egerat nec pñti:& inter diuos relatus est.Quo circa ita uiuendũ est inclite Annibal:ut nihil pœnitẽdũ admittamus:ut in uita amemur:post obitũ desidereṅť laudemur quæ:sicut Titus desideratus ob bonitatem laudatusq; est.

M.AN. Obseratis:clausis. Egit:agens censuit:aut certe dicendo id defuncto præstitit.

C.SVETONII TRANQVILLI LIBER. XII. DIVVS DOMITIANVS IMPERATOR.

De natiuitate Domitiani & gestis eius in adolescẽtia.



OMITIANVS Natus est. ix. calen. nouembris patre consule designato : inituroque mense insequenti honorem : regione urbis sexta ad malum punicum domo quam postea in templum gentis flauiæ conuertit. Pu

SICVT primus cæsaꝝ inter optimos ob uirtutem enumerari meruit:ita hic nouissimo inter pessimos ob nequitiam referri debet:q caligulæ & Neroni q̃ patri fratriq; similior egit malum principem:q paulatim p oẽs scéleꝝ gradus creuit: secundusq; a Nerone psecutiõem in christianos secundam agi impetrauit:tãta efferatus superbia.ut dominũ ac deũ se se uocari scribi coli iusserit:sed hominis exitus euidenter ostendit deum curare mortalia:qui meritas pœnas irrogauit cruentissimæ bestiæ:ut sicut crudeliter uixerat ita & crudeliter moreretur.sed iam interpretationem aggrediamur:ut tandem ad calcem:quod dicitur:nostra decurrat oratio. Honorem:consulatũ. Mense insequenti:nouembri mense. Regione urbis sexta:Romam in regiones.xiiii.fuisse diuisam supra memorauimus. Ad malum pũicum:nomen est uicis

q erat in sexta regione urbis Romæ:uideturq; ita appellatus ab arbore:q illic speciosa sucreuerat quã malũ
Apyrinon punicam uocamus:aliq granatũ appellãt:est quodam mali punici genus apyrinon dictũ:cui lignosus nucle
us abest:blãdiores sunt acini minusq; amari:cuius pli. Martialis & Seneca meminerũt græci ῥόιάν uocant
Rhoiton malũ punicũ:uñ Rhoiton uinum ex malis punicis factũ punici mali nouẽ genere celebrant.ex his dulcia:
quæ apryna appellari docuimus:stomacho inutilia habent:quæ uinosa dñr utiliora paulo itelligunt:cortex
Malicoriũ mali punici acerbius in magno usu est:uulgus coria maxime perficerẽ illo nouit:ob id malicoriũ appellãt
malacia medici:expetit in grauidaꝝ malacia:ita enim noiat mollicies illa languentis stomachi:cui grauidæ sũt ob
Balaustiũ noxiæ.Flos mali punici balastium uocat:quoꝝ farina dysentericos a morte reuocari inuentum est.Sed ut
ad Suetoniũ regrediamur ita uicus hic nomen uideri potest accepisse a malo punico:sicut alter a pyro di
ctus est ad pyꝝ:de quo est illud Martialis endecasyllabon:longum est si uelit ad pyꝝ uenire. In templum
gentis flauiæ:ifra dicet quemadmodũ Domitianus cõstruxit templũ in honorẽ familiæ suæ:quæ flauia di
cebat:de quo itellexit Papinius cũ ait in.iiii.siluaꝝ:q gẽti pñæ futura semp sancit limina flauiũq; clauum.

MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum Serenissi. Venetiarum principem paraphraseos
in Domitianum paraenesis duodecima.

PAtre cõsule:uix uespasiani duo:qui stabilitum per manus imperiũ Domitiano tradiderunt tam
populares Augustine dux iucũdissime fuerũt:q ipe qui longissime ad optimo suoꝝ instituto re
cessit publice & priuatim inuisus:potuisset pfecto in optimi pricipis mores domestico exemplo
natura illa formari:nisi parua & indocilis fuisset:ac certæ talis ut bonos mores alere non posset.
Sed tulit ille crudelitatis suæ præmia:& si sero:tulit tamẽ diis qdem & hominibus ifestus.Fœlicior igit du
caria ista reip. successio in qua nunq̃ defuerũt:q non uirtutis emulatione accẽsi & clæmentia:& pietate suos
decessores aut superare contenderint:aut quod minimũ fuit æquare:sed quũ lõga serie multi sint eiusmo
di exẽpla secuti. Tu sanæ egregiã in tam illustri emulatione laudem es ad hunc diem consecutus adeo præ
